

de quo etiam agit S. Antonin. in summa. 2. part. in. 9. cap. 10. §. 3. column. 2. in principio. Sylvest. verbo, M. ſte. 2. quæſt. 1. in principio. Soto lib. 2. de iuſtiſ. art. 4. q. 2. col. penult. Navarr. in Manual. cap. 21. num. 10. ad medium.

5 In Glossa, verbo, Servulos, ibi,
Non debet ei obedire. Constat apud omnes, minif-
 trantem quantumvis indifferentia eis abuſu-
 ro, ea intentione, ut alter pravam suam volū-
 tam exequatur, eiusdem culpæ participem-
 fore; ita D. Thom. 2. 2. quæſt. 169. art. 2. ad quartū.
 ubi omnes interpres. Certeum item est, p̄f-
 fta domino obsequia suapte natura ad flagitia
 ordinata, aut illa attingant, aut pars illius sint,
 nefas esse; sicut culpa vacare, quando ministe-
 ria sunt æquè indifferentia bono, & malo uſui,
 nec de intentione mandantis p̄fsumendi ma-
 dium habetur causa iusta. Adi Sanctum lib. 1. in
 Decalog. cap. 7. num. 3. Famulus iurans se domi-
 no obtemperatum, non tenetur domino im-
 peranti aliquid illicitum parere. D. Thom. 2. 2.
 q. 64. art. 2. ad 3. Sylvest. verbo, iuramentum, 3.
 q. 1. vers. 9. iuramentum enim non trahitur ad
 ea, de quibus verò similiter iurans non dispo-
 fuisset. Tiraq. in l. Si unquam, in prefat. num. 171.
 Caldas Pereira post tract. de potest. eligendi, in respons.
 pro. D. Roderico à Sylva, ad fin. Tota difficultas
 est, quando ministeria sunt indifferentia; &
 ministrans novit dominum abusurum; ceterum
 servus non ea in intentione p̄fstat, ut herus
 abutatur? Sunt qui in universum damnent. D.
 Antonin. 2. p. lib. 1. cap. 23. §. 13. Sylvest. verbo,
 ars, num. 3. 4. & 5. Medina q. 30. Cod. de restitu-
 tione in 1. & 3. modo. Alcozer lib. de ludo, cap. 60. con-
 clus. 2. & multi alij, quos referunt; alij alias con-
 gescunt differentias, quas componit Sanch. citat.
 & ponit deinde corollaria, & principia, ex qui-
 bus deducit à num. 21. usq; ad 30. quomodo per-
 missum sit famulis comitari heros, mensam
 concubinæ sternere, vel internuntia deferre,
 vel foeminas insequi, vel scripta provocantia
 ad duellum, aut scribere, aut deferre, aut escu-
 lenta portare, &c. Vide omnino, & plures in-
 venies, quos ipse refert, & sequitur. Vide etiam
 posita ad cap. Omnibus, supra. dist. 34.

C A P. Non satis. XIV.

S V M M A R I V M.

1 Quid sit beneficentia? & Auctores, qui
textum referunt.

2 Consanguinei preferendi sunt: cum am-
pliatione, & limitatione.

3 Peccat graviter filius, qui patri gravi-
 ter regenti non succurrit.

4 An vassalli teneantur dominum in
 vinculis detentum liberare?

5 An subveniendum patri heretico?

6 An subveniendum ei sit, qui obſcele-
 ra in carcere destinetur?

I N textu. De beneficentia loquitur No-
 ster textus; quæ secundum
 suam communem rationem, vel amicitię,
 vel charitatis actus est; & nihil aliud im-
 portat, quām facere bonum alicui. Si quis au-
 tem audiat bonum sub aliqua ratione speciali
 boni, sic beneficentia accipiet specialem ratio-
 nem, & pertinebit ad aliquam specialem vir-
 tutem. Vide D. Thom. 2. 2. quæſt. 31. art. 1. & se-
 quentibus, ubi materiam nostram textus latè p̄-
 sequitur; de quo Rebuff. in praxi, p. 1. sub tit. quos
 modis beneficia acquirantur, num. 8. & Tiraq. in pra-
 fat. pia cause, num. 5. Paulus Fusch. de visitat. lib. 1.
 cap. 30. num. 24. Palat. in repetit. cap. notab. 3. §. 27.
 num. 4. & Navarr. in cap. Quiescamus, nu. 54. ubi
 textum referunt. Vide quæ dixi ad cap. 1. nu. 4.
 supra, dist. 30.

In textu, ibi, Domesticos.

Paulus Fuschus de visitat. lib. 1. cap. 30. nu. 24. nos-
 trum textum notabilem appellat, & notat ad
 hoc Tiraquel. eitatus, quod maior pietas debet
 exerceri in contangueos pauperes, quām
 externos, unde executor deputatus ad distri-
 buendum pauperibus, potest eligere pauperes
 consanguincos testatoris; per Bald. Angel. Insti-
 t. Illa institutio, ff. de heredib. instit. Imol. in l. Cap-
 tatoris, ff. eodem iii. Petr. Anch. in cap. Cum ibi,
 de testam. Alex. in l. Divi, ff. ad l. Falcid. qui etiam
 dicunt procedere in paupere filio spurio testa-
 toris, Ioann. Andr. §. Nunc verò aliqua in ult. charta
 in Addit. quæ incipit. Continuata, & Bald. in l. Id,
 quod pauperibus, col. penult. & ult. Cod. de episcop. &
 clericis, & cons. 91. vide in quod electio, lib. 1. & con-
 fil. 162. & nos iam supra diximus plura de hac
 re. Adde circa textum Padilha in l. Præses, à num.
 10. Cod. de servitus. At verò Rebuff. loco citato,
 notat in laudem conferentis beneficium con-
 sanguineo, si ille illud mereatur sicut extra-
 nieus, per Glossam in cap. 1. de cohabitatione clericor.
 Si tamen solo sanguinis ardore beneficium con-
 ferat consanguineo, iudicat esse simoniām, cap.
 Vno, §. Omnibus, & ibi Glossa, in verbo, carnalita-
 tem, ut ecclesiast. benefic. si ratio tantum sanguini-
 sis habeatur. Adi Covar. variar. lib. 1, cap. 5. nro.
 4. Azor in fil. 2. p. lib. 6. cap. 15. q. 1. vers. In hac
 igitur. Nicolauſ Garcia de benef. p. 8. cap. 1. nu. 118.
 ubi à nu. 119. agit, an collatio precibus ex car-
 nali affectu procedebus, et obsequijs facta sit
 simoniaca?

simoniaca? Notat tandem Cened. quæst. pract. q. 17. num. 3. referens textum ad hoc, quod instituens extraneos hæredes, non vero consanguineos indigentes, peccet mortaliter, si propter animi rancorem iniustum privet hæreditate consanguineos, non tamen si ex affectione extraeum eligeret contra plures, quos adducit per totam quæstionem.

In textu, Grandis culpa. Hunc textum adducit Navarr. in Manual. cap. 14. num. 13. ut probet filios peccare, qui non subveniunt parentibus necessitate magna oppressis, aut gravi morbo detentis, maximè circa victimum, & vestitum, cum id commodè facere possint, arguento cap. Inter cetera, 22. quæst. 4. per Angel. verbo, filius, §. 30. nisi sciant patrem ex proprijs bonis, vel officio, quo fungitur, sibi posse consulere, dummodo munus, & ars, quam pater callet, non sit suo statui dedecori, iuxta l. Si quis à liberis, §. Idem rescripsit, ff. de liberis agnoscend. iuncta Glossa.

In textu, ibi, Carcere. Notat ad hoc Boer. & textus meminit decis. 128. num. 3. quod subditi tenentur pro redēptione dominorum ab hostiis, & pro solutione debitorum, si fuerint carceribus mancipati, per Iacob. Ardetin. in summ. tit. Quibus modis feudum amittatur, sub tit. An vasallus teneatur egenum dominum alimentare, arguento l. Si quis à liberis, ff. de liberis agnoscend. & l. final. Cod. Ne filius pro patre, & l. Ob as, Cod. de action. & obligat. facit Glossa in cap. Sacrorum, 12. q. 2. quæ dicit, iura loquentia de captivorum redēptione, locum habere in captiuis pro maleficio, & ibi Doctores; insuper Ludovic. Bologn. in secundis interpretat. Cardinal. Alexand. Quæ fuit causa beneficij amittendi, exponit de detento in vinculis, ita ut exire non possit, arguento l. 1. & 2. ff. de libero homine exhibendo, dummodo incarcertatus iniuste detineatur, & aliunde non habeat, unde sibi suppétias possit asciscere, & vasallus sit potens ad eum liberandum.

In Glossa, verbo, Domesticos, ibi, Pater infidelis. Controvertit Gloss. an potius sit subveniendum patri hæretico, quām extraneo fidei & concludit, quod patrem debemus præponere extraneo etiam sancto, in ijs, quæ exceptant ad opus misericordiæ; & providendum ei in necessarijs, tam spiritualibus, quām corporalibus. Sed quia fides catholica est fundamentum salutis, & prima radix, & origo iustificationis, ex Trident. sess. 6. cap. 8. homini hæretico, ne dum patri subveniendum est, ut taadit Rutilius Bensonius. in speculo episcop. lib. 1. disput. 1. q. 9. dnb. 9. qui nostræ Glossæ meminit. Magis

tamen subveniendum esse patri impio, quām extraneo iusto, docet Turrecremata in praesenti, num. 11. quem sequitur Benzonius, ubi proximè. De materia, & Glossa, vide latè, quæ tradit Dueñas regul. 68. num. 10. per totum, & quæ infra ad cap. Et probanda, 16. hac dist.

In Glossa, verbo, Pater, ibi, 6
Non est subveniendum. Docet Gloss.

non esse illum redimendum, qui ob scelera in vinculis detinetur, quod etiam tradit Isernia in cap. Porro, §. Item si fidelis, & ibi Alvarotus, & Prepositus, Quæ fuit principalis causa feudum amittendi in usibus feudorum. Angelus, Imola, & Romanus in l. Marcellus, §. Res quæ, ff. ad S. C. Trebellianum. Alexand. in addit. ad Bart. in l. Placet, Cod. de excusatione minorum, lib. 10. plures refert Tiraquel. de iure marit. Glossa 8. nu. 286. Contrarium docet Glossa 1. ad finem, in cap. Sacrorum, 12. quæst. 2. Bald. Imol. & Roman. in l. Quanvis, per textum ibi, verbo, ex vinculis, ff. soluto matrimonio; dixit de iure veriore Aufrer. in decis. Tolosan. quæst. 214. nem fuit quæsum ad laicos. Tu pro concordia vide eundem Tiraq. ubi proximè, num. 240. & nostram Glossam citat etiam Menchaca de successione resolut. lib. 1. §. 4. num. 12. & per illam controvertit; an relictum pro redēptione captivorum possit expendi ad delinquentem liberandum à carceribus, vel ad solvendam, præstandam & pecuniam, in qua talis fuisset damnatus? De quo etiam Curtius Junior cons. 32. & 33. Ioan. Crocus in l. Filiusfamil. §. Divi, nu. 61. ff. de legat. l. Alex. cons. 73. lib. 1. Didacus Segura in l. Cobaredi, §. Cam filia, num. 275. ff. de vulgar.

CAP. Dominus. XV.

S I M M A R I V M.

1. *Vtrum paupertas sit necessaria ad salutem eternam?*
2. *Vtrum sit in precepto retinere bona, ut pauperibus distribuantur?*
3. *Vtrum qui privatam vivunt vitam, pauperiem servare debeant, aut tenentur?*
4. *Quid sit, & quod vitium, prodigalitas?*
5. *Vtrum paupertatis votum fuerit in lege veteri?*

In text. ibi, Dominus non vult.

Collige ex textu perperam dixisse hæreticos Apostolicos, quorum meminit Shay, tom. 3. de elig.

relig. lib. 8. cap. 1. num. 1. paupertatem Apostoliceam necessariam ad salutem, quod etiam senserunt Pelagiani, de quibus *Augustin. epist. 89 & 106. & Naz. orat. 1. in Julianum*, refert illum statuisse, ne christianis daretur actio ad se defendendum, etiam si rebus omnibus spoliarentur, cum in Evangelio eis præciperetur, ut nihil possiderent. Hæretici autem Traticelli dixerant, non licere habere aliquid proprium, ut sumitur ex *Extravag. 22. Santa Roman*, ubi eos damnat, & antea Bonifac. VIII. iam damnaverat. Nam de fide certum est, & sufficienter convincitur ex usu, & statu Ecclesie, paupertatem actualem, neq; necessariam, neq; præceptam hominibus ad salutem. Si quæ vero sunt loca in sacra pagina, quæ præceptum innuant, dic vel de consilio, vel de difficultate, vel de perfectione intelligenda esse.

2 In textu, ibi, Sed dispensari. Non tamen colligas cum alijs hæreticis, in aliud extremum declinantibus, melius esse temporalia bona retinere, & ex eis eleemosynas facere, quam omnibus renuntiare. Quia erroris Vigilantij fuisse, testatur *Hieronym. lib. contra illum, & hæreticos nostri temporis*, qui vota continententes, reprehendunt paupertatem, ita refer *Bellar. lib. 2. de monach. cap. 8. & Castro lib. 12. contra heres, verbo, paupertas, hæresi 3.* Simile quid sentit *Guillelmus de sancto amore, & ex parte Desiderius Longobardus*, cuius meminit *D. Thom. opusculi. contra impugnantes relig. cap. 6.* quem errorum damnavit *Alexander IV. in Bulla propria, & convincitur ex multis locis Scripturæ sacrae*; ubi paupertas maxime à Christo commendatur, non tamen in eo sensu, ut solam illam ad peccata omnia expianda, & ad salutem consequendam sufficere dicass; quia fuit error *Guillelmi Antuerpensis*, ut *Castro, & Prateolus in Catalogo hæreticorum* referunt. Probatur conclusio, quia votum paupertatis est opus bonum, seu de materia; quæ melior est ipsa, quam non ipsa, sed divitiae possessæ ad sui amorem cor attrahunt, & solicitudinem ingerunt, & usos cum difficultate exercetur (quia difficile amittitur, quod cum amore possidetur) ergo laudabile est demittere opes, vovendo paupertatem, sive intra, sive extra religionem, aut eas clargiti, sed non effundere. *Consule Suar. enatum, cap. 3. num. 2.* ubi nostrum textum refert, & pro voto paupertatis in religione adducit textum *Navarr. in Commentar. 2. de regular. num. 37. & sequentibus.*

3 In textu, ibi, Nisi forte. Insinuatione; an illis, qui privatam agunt vitam coniunctam sit paupertas ex voto, nam cum aliorum aggravante, aut cum proprio periculo servanda erit; ut factum illud *Anania ostendit, & Sa-*

*phiræ, quorum pœnam propter violationem voti fuisse, tradit Bellarm. citatus, lib. 2. de monachis, cap. 20. & Baron. tom. I. anno Christi 34. n. 269. & Athanas. sermon. de passione Domini, in principio. Confirmatur, quia Ecclesia non consulet, imò nec permittit sacrari clericos voto paupertatis adstrictos, nisi sint religiosi. Dico tamen cum *Suar. citat. cap. 3. num. 5.* Ecclesiam in clericis desiderare paupertatem eam, quæ statum, & dignitatem clericalem deceat, ne postea cum irreverentia, & dedecore victimum querant. In episcopis maiores vult esse facultates ad publicum ecclesiæ bonum, cuius curam assumunt. Nec indecens erat aliquem seculararem paupertatis voto facto ordinari in sacris. Sed post *Trident. sess. 21. cap. 2.* necessario habenda facultas Summi Pontificis. Nec repugnat charitati propriæ paupertatem vovere in saeculo, nam natura, & privata persona paucis indiget, & labore, & humili postulatione, poterit obtinere necessaria; nec repugnat charitati erga alios, quia nulla eis vis infertur, sed potius materia exercendæ charitatis offertur, quando subsidium ab eis postulatur. Vnde infert *Navarr. supra allegatus*, aliquando licitum esse peregrinis mendicare etiam sine voto paupertatis, nulla facta bonorum renuntiatione, quia ad hoc satis est de praesenti indigere peregrinantes, & ob exercitium virtutis se constituere voluntarie in occasione. De inconvenienti ob periculum videant, qui vovent, quia melius est non vovere, quam vovendo non satisfacere.*

4 In textu, ibi, Simul offendit opes. Hic defectus prodigalitas est, quæ neque finem, neque tempus expensarum habet, sed bona profundit, *b. l. ff. de curatoribus fur. Glossa in cap. penult. de consuetudine, verbo, qui dat danda, & non danda. Adi D. Thom. 2.2. quest. 119. ubi eius interpretes. Mascal. de probat. conclus. 1234. & Martinus de Carvalho in tractat. Espejo de Principes, p. 2. lib. 1. disturs. 6. prope finem.* Quod autem hoc vitium sit peccatum, colligitur ex textu in *cap. S. xep. 41. dist. & ex Glossa in d. cap. Ex parte, penult. de consuet.*

5 In textu, ibi, Se propheticam daret. Collendum videtur, votum paupertatis fuisse in iisu tempore legis scriptaræ, nam ad Eliam, & Eliseum, & qui eos sunt imitati, alludere videtur *Paulus ad Hebr. 11. Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis regentes, ubi D. Thom. intelligit indicari voluntariam paupertatem assumptam. Sed potius collige, prophetas fuisse amantissimos paupertatis, quoad usum paucarum rerum, & dominium; sed votum non emisisse, nam si attendamus ad cap. 17. Reg. 3. inveniemus Eliam voluntariam pauper-*

paupertatem non profiteri; donec illi præcepit Deus, Recede, &c. ut. Vbi de torrente bibes, & infra, Surge, & vade. Quasi prævento unde sustentandus, ne foret sollicitus. Nec de Elisæi paupertate aliud nobis constat; quam 4. Reg. 4. Quod hospitandus diverteret ad fœminam, cum pertransiret per Sunam, sed ibidem de muliere dicitur. Quia tenuit eum, ut comedaret panem. Et in eodem cap. narratur, quod temporis famis filii Prophetarum habitarent cum eo, in Galgala, ipsumq; præcepisse uni de pueris suis. Pone ollam grandem, & coque pulmentum pro filiis prophetarum. Et deinde ex facto, quod in hoc capite refertur, & habetur 3. Reg. 19. in fin. Non possumus colligere votum renuntiationis omnium rerum, ita ut nihil proprium Elisæus retinuerit; sed tantum significatur, relictis patre, & matre, & rebus, quas habebat, Elisæum fuisse secutum Eliam: tanta enim perfectio reservabatur in tempus gratiarum; lex namq; nihil perfectum adduxit; ad Hebr. 7. Neque in contrarium est locus in cap. 11. ad Hebr. quia inde colligitur figura quedam, & adumbratio paupertatis ex voto facienda; & ostendebat voluntariam paupertatem non ex professione, sed ex spontanea voluntate ortam.

CAP. Est probanda. XVI.

S V M M A R I V M .

1. Vtrum sit obligatio inquirendi pauperes, ut fiat eleemosyna?
2. Vtrum Ecclesia possit divites cogere ad eleemosynam pauperibus erogandam?
3. Qui filij, & quo iure teneantur succurrere parentibus hereticis?
4. Non ad ditandos, sed sustentandos consanguineos danda eleemosyna.

In textu, ibi, Si egere cognoscas. Collige, quod si facultas suppetat, & ignoratur necessitas proximi, dari excusationem ab obligatione. Nam 1. Ioann. 3. reprehenditur tantum, qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo. Sed quare, an præceptum eleemosynæ obliget ad faciendam aliquam inquisitionem egenitum, qua omissa non sit excusabilis ignorantia? Navarrus negativè respondet in Manual. cap. 24. nn. 9. & favet Medin. Cod. de elemosyna, quæst. 3. in fin. sequitur Reginald. lib. 4. nn. 246. quia cegnitio necessitatis proximi non est iuris cuiusdam uni-

versalis, ut eam quilibet inquirere teneatur, sed est facti particularis pertinentis ad personam ipsius proximi. Vnde inquisitio illius tantum incumbit ex officio, qui curam eiusdem proximi gerit, ut censetur Prelatus, vel pater familias, vel alius, cui pauperum cura data. Verum si quis dedita opera curaret manere in ignorâlia gravis indigentia proximi, & propria sufficiëntia, declinando scilicet cōmoditatēm sciendi, non excusatut. Consule doctrinam, quam non inutilem reperio apud Vasq; tract. de elemosyna, cap. 4. nn. 14. & videre non recutes desumptam, ex Corduba, ibi allegato. Neque hoc loco prætermittendum est, quod docte adverit Iohannes Sancius Abulensis, disp. 43. num. 20. Quando scilicet aliquis dubitat, an proximus extremè indiget, ex charitate teneri illius indigentia veritatem indagare. Si vero illam extremanus esse cōpeterit, ad largiendam elemosynam obligabitur. Alter est dicendum, si post factam sufficientem diligentiam, adhuc fuerit dubius, utrum talis necessitas sit extrema, tunc enim non obligat præceptum erogandi elemosynam?

Iuvat hoc loco illam discutere quæstionem inter Canonistas, ac Theologos cœleberrimam, quæ inquisit, utrum in aliquo casu possit ecclesia divites cogere ad elemosynam pauperibus erogandam? Respondeo affirmative, in eos scilicet casu, quo populus maxima rerum penuria laboraret, neq; aliunde suppeterent alimenta. Ita Azot in q. mor. p. 2. lib. 12. cap. 13. q. 3. Henr. in suw. lib. 13. cap. 17. §. 5. in fin. Reginald. in præxi fori pænit. lib. 4. nn. 237. Tiraq. de pæn. temper. caus. q. 1. nn. 10. Mex. in tract. iæse pæn. concl. 1. nn. 5. Surd. de aliment. tit. 3. q. 3. nn. 27. Benincas in tract. de paupertate, q. 7. princ. in spec. iud. nn. 17. Lara in l. Siquis à liberis, §. Etsi imphubes, nn. 36. & seq. ff de liber. agnoscend. Probatur resolutio, primò quia, vita maius bonum est, quam divitiae: ergo egenorum vita est consulendum cum aliquo divitium in cōmodo. Secundò quia, in extrema necessitate omnia omnibus sunt communia.

In textu, ibi, Causam natura 3 præstat. In tantum, ut teneatur filius præstare alimenta patri heretico, ita Lara in l. Si quis à liberis, §. Etsi imphubes, nn. 10. ff de liber. agnoscend. Surd. de alimentis. tit. 7. quæst. 14. nn. 29. cum sequentibus. Sanct. tom. 2. in Decalog. cap. 24. nn. 7. & plures alij, quos refert, & sequitur Sanct. vel. tract. de heres. cap. 37. num. 2. quanvis contrarium velit Bald. in Authent. bona damnatorum, nn. 4. Cod. de bonis damnatorum. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. Glossa 9. nn. 72. Palat. in repet. rubri. de donat. inter virum, §. 64. num. 13. Quod amplia ad filios naturales, & spurios utriusque sexus. Menoch. de præsumpt. lib. 3. quæst. 29. nn. 16. &

Rer.

Lara

Lara in §. Parens, à num. 14. Surd. tit. 1. q. 17. & 20. & tit. 4. q. 18. nu. 51. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 228. vers. Quintus effectus. Azor iustit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 3. Padilha in summa leg. penal. p. 2. cap. 49. nu. 2. Sayr. in clavi Regia. lib. 7. cap. 5. nu. 15. Rebellus de obligat. p. 2. lib. 5. q. 8. Bened. Egyd. ad l. Ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure, in initio, num. 36. Ex quo per correlativorum doctrinam tenetur pater alere filios illegitimos, & spurious, non solum vivens, sed etiam eo mortuo transit obligatio ad hæredes, citatus Egyd. nu. 32. Dueñas reg. 367. nu. 4. Covar. de sponsal. p. 2. cap. 2. §. 6. nu. 14. Gam. decis. 11. nu. 6. Molin. disp. 186. Riccius collect. 1099. vers. Infertur secundum. Capic. decis. 144. Quod amplia ita ut, non possit pater disponere, quod filius non alatur. Surd. tit. 8. privileg. 85. nu. 10. Adverte tamen hæc alimenta debet de æquitate iuris Canonici, tenet Gened. cum pluribus, quos refert collect. 168. nu. 5. Modernus de iurisdict. p. 4. casu 162. nu. 12. Barbosa in l. 1. p. 4. nu. 65. ff. solvit. matrim. Cabed. p. 1. decis. 148. Vallasc. consult. 92. nu. fin. Valer. Reginald. praxi fori paenitential. lib. 20. nu. 29. & 32.

In textu, ibi, Ut illos facias divites. Verba nostri textus ex D. Ambrosio, refert S. Thom. 2.2. q. 185. art. 7. ad 2. ad hoc, quod si quis, sive episcopus, sive clericus de eo, quod sibi usui deputatum est, velit subtrahere, & consanguineis dare, non peccabit, dummodo id faciat moderatè, id est, ut non indigeat, non verò, ut ditiores inde fiant. Ex quo fundamento infert Azor tom. 2. lib. 12. cap. 11. discriminem inter beneficiatos, & laicos, quod illi dare debent consanguineis, non ut divites fiant, hi autem dare possunt ad locupletandum; si alias alijs in extrema necessitate, aut gravi succurrant; & hanc doctrinam succedere, ait pro redditibus pensionum, nam ut peculiari lege obligentur pensionati, sicut beneficiati ad largiendum pauperibus redditus, qui illorum statui necessarij non sunt; facit, quia ad hunc effectum pensio est beneficium. Adi Azor citat. q. 3. & Turrian. 2.2. disp. 72. dub. 10. vers. Sexto. Navarr. in cap. Ita quorundam, de Iudeis, notab. 2. nu. 10. in princip. qui nostri textus meminit. Adi Vasq. tract. de eleemosyna, cap. 4. dub. 4. nu. 17. ubi non ingrata invenies in hoc argumentum.

CAP. Consideranda. XVII.

S V M M A R I V M .

I Vtrum sit legatum pium, quod nobili pro viatu satis habenti relinquitur?

2. An præferendi senes iunioribus in eleemosynis?

3. An tuò impetrat religiosus licentiam, ut exira monasterium pro matre vivat?

4. An opitulari liceat eis, qui vitio suo paupertate laborant?

In textu, ibi, Ingenuos perdit natales. Ex hoc patet anteponendos esse nobiles in distributione eleemosynarum, per Tiraq. de nobilit. cap. 20. nu. 154. ubi textus meminit, & censet in piam causam esse relictū, quod nobili relictum est, non obstante, quod satis habeat bonorum, dummodo eis non vivere possit, aut filias matrimonio collocare ex sua nobilitatis ratione, per Bald. expressé, in l. si quis ad declinandum, col. 2. nu. 4. vers. Circa tertium. & textum ibi, C. de episcop. & cleric. sequitur Cepol. in tract. de Imperatore militum deligendo, in 21. privilegio nobilitatis, & Bened. Capra cons. 54. punctus quidam, col. penult. & D. Thom. in 4. q. 32. art. 7. citatus à Bart. in repetit. l. l. nu. 33. & 34. ibi quoq. Bald. col. 10. vers. Super. 5. quast. nu. 97. C. de sacros. Eccles. Palat. in repetit. capituli, notab. 3. §. 12. nu. 8. in princip. qui nostrum appellat bonum. Itidem ex hoc textu, quem refert Tiraq. de nobilit. cap. 20. nu. 115. controvertit ipse. An patet teneatur alere filium, qui proprijs manibus victum potest querere? De quo vide textum in l. si quis à liberis, §. Sed et si filius, & ibi Gloß. & Bart. ff. de liberis agnoscend.

In textu, ibi, Senibus plus largiaris. Notat itidem Tiraq. citatus, in eleemosynis præferendos seniores iunioribus, per hunc textum, quem refert, de primog. in pafat. nu. 147. & Archid. in cap. Domino sancto, 50. dist. & in cap. Tanta, bac eadem dist. & Jacob. Bel. in cap. Ordinationem, in Authent. de monach. & Luc. de Pen. in l. ult. col. 1. C. de Tyron. lib. 12. Cepol. in 5. privilegio antiquitatis. Card. Alex. in cap. De quibus, col. 1. dist. 21.

In text. ibi, Ex divitijs cedidit. Ex hoc textu, quem citat Navarr. conf. 71. de regularib. nu. 1. probat, quod tuta conscientia bene poterat quidam religiosus prædicator facere sibi licentiam à Papa manendi extra monasterium ob necessitatem, quam habebat mater sua olim ditissima, & tunc temporis pauperrima, argumento deducto ex D. Thom. 2.2. q. 101. art. 4. afferente, quod ob necessitatem patris, vel matris, iuste poterat exire monasterium de licentia superiorum, si eo modo succurrere potest, de qua infra de licentia Generalis, vel Provincialis, in Cōment. de regul. declaranda cap. Nullam, 18. q. 2. nu. 48. & in Man. cap. 14. nu. 14.

In textu,

In textu, ibi, Si sine suo vitio.

Nam indignum videbatur subvenire ei, qui sua culpa, aut vitio in egestatem incidit. Tiraq. in l. Si unquam, verbo, bona, nu. 5. Cod. de revo- caudi donat. paupertas enim nocet, quæ culpa alicuius provenit. Cesar. practic. cap. 6. nu. 30. vers. Sed si quis, & lib. 2. variar. cap. 16. nu. 9. Me- xia de tassa panis, conclus. I. nu. 10. Matisen. l. 15. Glossa 3. nu. 2. & tit. 10. lib. 5. & l. 6. Glossa 3. nu. 32. ad med. tit. 7. eodem lib. 5. nova recopilat. Azevod. l. 7. nu. 4. tit. 2. lib. 1. nova recopilat. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 96. nu. 10. & plures per Cened. ad Decretal. collect. 2. num. 4. latè Re- doan. de rebus Ecclesie non alienand. in rubrica de can- sapietatis, ex nu. 69. pagin. 140. Sed si paupertas, causata culpa appellantis, non silit cursum fa- talium. pro ut ex 10 ann. Andr. Imol. & Felin. re- ferebunt Vixius decis. 268. nu. 8. quidquid aliter re- solvant Decians. respons. 121. nu. 20. volum. 3. Stephan. Gratian. March. decis. 34. à fortiori non sili- ter cursum eleemosynæ, quæ non de æquitate, sed de strictissimo charitatis vinculo manat.

CAP. Pulchra. XVIII.

- S V M M A R I V M.
- 1 Vtrum satius sit elargiri uni, vel pluri- bus pauperibus?
 - 2 An vitium sit eleemosynam facere pu- blicè?
 - 3 Vtrum templo magnificè struenda?
 - 4 Ecclesiæ adificare, est opus necessarium, & religiosum?
 - 5 Ex quibus redditibus teneantur paro- chi ecclesiæ reparare?
 - 6 Aula Dei splendeat ornatu, & cultu.
 - 7 De quibus bonis facienda eleemosyna? & nn. 8. Ad doctrinam D. Thom.

In textu, ibi, Abundes pluribus.

Collige cum D. Thom. 2.2. quest. 32. art. 10. melius esse pluribus indigentibus elargi- ri, iuxta Apostol. I. ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum, ubi Glossa dicit, per hoc cautela eleemosynæ docetur, ut non uni, sed multis detur, ut pluribus proficit: quam doctrinam ex- pressæ tenent Bart. in l. 1. ff. optione leg. Aviles ad cap. 2. Pratorum, verbo, ninguno, nu. 3. Riccius in collect. decis. part. 3. collect. 522. Menoch. cons. 321. num. 3. & de præsumpt. lib. 4. quest. 125. num. 20.

Petr. Magdalen. de numero testium, in testam. requi- siro, part. 2. cap. 2. 4 num. 43. Vixius tom. 2. com- mun. opinion. lib. 6. tit. 26. num. 99. pagin. 148. Ce- ned. practic. & canon. quest. lib. 1. quest. 35. nu. 13. Si vero abundantia suppleat tantum sufficien- ter indigentiam pauperis, laudabile est sic ele- mosynam tribuere, ut uni tantum applice- tur.

In textu, ibi, Nec concilian-

di favoris gratia. Notat Nayarr. in Com- mentarij de finibus actionum humanorum, num. 72. ex Gersone bene mereri eos, qui plus dant publice, quam secretè, vel quia pro paupere exigitur ab amico, vel ho- norato, si eleemosyna fiat principaliter propter Deum, nam quod minus principaliter fiat ob laudem propriam, non consumit bonita- tem actus, nisi æquè intendantur illi duo fi- nes. Quapropter advertit idem Author, & Regis. lib. 12. num. 32. bonum esse Christi præcep- tum. Matth. 5. Nesciat sinistra tua.

In textu, ibi, Non superflua

ædificationes. Non de templis sermo est. Nam Eusebius lib. 8. hi- storie ecclesiastice, cap. 1. tradit, christianos cum in antiquis ædificijs non satis loci haberent, ampliores ecclesiæ in universis urbibus funda- mentis earum ad maiorem laxitatem dilata- tis erexisse; & pios viros curam omnem, & diligentiam, magna cum impensa in eis ædifi- candis adhibuisse. Quid enim magnificenter, & admirabilius illa S. Petri Apostolorum Prin- cipis ingenti mole? Cuius perfectionem ex quo extrui cœpit, optarunt potius, quam con- sumari posse sperarunt Romanae Ecclesiæ præ- fides, & multa sæcula eam imperfectam esse visura, nisi Sixtus quintus felicem arduo ope- ri manum admovisset, de cuius artificio, & splendore Angelus Camer. à Rocca Augustini- nus Theologus, in sua Bibliotheca egregie represen- tavit.

In textu, ibi, Nec prætermitte-

re necessarias. Nam construere ecclesiæ dicitur opus necessarium, & religiosum, ut per Spino in speculo testamenti, Glossa 3. in princip. nu. 5. Vnde Herodes Agrip- pa in tanta, tamq; immani impietate pius ha- beri volens; Regni sui decimo octavo anno, ut inquit Genebrard. in Chron. anno mundi 4054. tem- plum Domini à fundamentis instauravit, ac magnificenter reddidit; quod opus tam Deo gratum fuit, ut sit in testimonio multorū, quod dum per annos octo immensi sumptus ædificio insumerentur, nunquam diu plueret, & noctu solverentur nubes in imbræ, ut agri fructus solverent uberrimos, & nulla foret operis in-

termisso. Ita Iosephus Gerion. lib. 5. cap. 26. quem refert Didacus siel Contreras in prosapia Christi, 4. ait, cap. 5. §. 3. ad illius magni Cæsaris similitudinem, qui in ludis Theatralibus audivit.

Nocte pluit tota redeant spectacula mane,
Divisum imperium cum Iove Cæsar habet.

5 In textu, ibi, Convenit sacerdotibus. Si bona beneficij sustentandæ vi-
tæ superfint, sed non tuendæ con-
ditioni, seu statui, docet Comitol. lib. 1. respons. mo-
ral. quæst. 82. conclus. 3. teneri rectorem ad repa-
tionem, quia beneficiorum fructus non ad or-
nandos, aut augendos mundanos titulos colle-
cti sunt, ex cap. De his, 4. ibi, Si eis superfint, de ec-
clesijs adificandis, sed ad pauperes alendos, & di-
vinum cultum instituendum, atq; augendum;
& conclus. 5. tradit eam consuetudinem esse ser-
vandam, ubi alia non fuerit in contrarium, &
teneri itidem beneficiatos ad ornamenta ne-
cessaria, sine quibus divina celebrari nequeunt.
Barbat. conf. 26. nu. 1. & 4. vol. 3. Surd. conf. 62. Bellet.
disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis clericor. §. 14. nu. 4. Si
autem Rector non habeat ab Ecclesia tot red-
ditus, quibus præstare possit talem reparationē,
tunc Parochiani in tali casu Sacra menta, & que-
cūq; alia divina percipientes tenebuntur. Abb.
conf. 70. nu. 2. p. 1. Berous conf. 3. nu. 43. vers.
Quidquid tamen, vol. 2. Lambert. de iure patronat. lib.
3. quæst. 2. art. 2. nu. 4. vers. Tertius est casus, &
nu. 5. vers. Est isti beneficiarii. Quæ adificationes,
& restauraciones non per capita hominum,
aut domorum, sed ad libram faciendæ sunt,
ubi ex redditibus ecclesiasticis fieri non pos-
sunt. Bellet. citatus, nu. 10. vers. Vbi verò. Fran-
cisc. Leo in Thesauro fori ecclesiastici, p. 2. cap. 16.
nu. 73. Quod opus cum sit publicum commu-
nem concernens omnium utilitatem, & ne-
cessitatem, tenentur contribuere nobiles, &
alij exempti. Avendaño de exequendis mandatis,
lib. 2. cap. 14. nu. 9. Cened. ad Decretal. collectan.
153. num. 2.

**6 In textu, ibi, Aula Dei res-
plendeat.** Vnde Rex Egica, qui Toleti tria
congregavit Concilia 15. & 16.
& 17. hoc unum præ cæteris commendabat,
cultum Dei, templorumq; splendorem, & or-
natum; huius enim negotij negligentia non
tam Dei sacerdotibus, inquit, in culpa est; ve-
rum etiam, & infidelibus Iudeis ridiculum
affert; qui dicunt nihil præstitisse destructas eis
esse synagogas; cum cernant peiores esse chri-
stianorum basilicas. De cultu, venerationeq; templorum. Lege Suar. lib. 1. de religione. tra-
dat. 3. de reverentia debita locis sacris, à princi-
pio.

In textu, ibi, Quantum pos-
sumus iuvemus. Petet textus inquirere
de quibus bonis faci-
enda sit eleemosyna? Sed lege D. Thom 2. 2. q. 32.
art. 6. & 7. Medin. Cod. de eleemosyna, cap. 4. Q. 5.
Cajetan. ad citatum locum. D. Thom. Sylvest. verbo,
eleemosyna, quæst. 4. Angel. quæst. 8. & alios, quos
refert Vasq. in tract. de eleemosyna, cap. 2. Quia in re
certum sic, quodd dare eleemosynam de neces-
sarijs naturæ pro se, & sua familia, non obli-
gare etiam in extrema alterius necessitate, in
neque consilium est illud facere. Primo quia,
esset homicida, qui vitæ propriæ subtraheret,
ut alteri succurreret. Secundo quia, esset infi-
delitas cum domui suæ præesse nosciret, subve-
niendo extraneis, & domesticos derelinquens.

Cœterum hoc limitat D. Thom. nisi alius
pateretur extreñam necessitatem, cuius vita
esset Recipub. necessaria; vel Ecclesia; tunc
enim se, suosq; laudabiliter pericilio mortis ef-
ferret, ex ea puto ratione, quia bonum cōmune
antefertur particulari. Sed obiter nota, quod
si quando pro amico liceat vitam exponere pe-
riculo? Id non licere, auferendo sibi cibum,
quia est quodammodo operari morti propriæ
posuisse. Quemadmodum in naufragio tabu-
lam amico relinquere non possumus, postquam
illam apprehendimus, bene tamen possumus
illam non accipiendo concedere amico; nega-
tive nos habentes. Hanc doctrinam aliqui ex
DD. amplectuntur; fateor tamen mihi esse p-
babiliorem sententiam, quam sequitur Lessius
de iust. lib. 2. cap. 9. nu. 29. 30. & 31. ubi affirmat,
quando duo in extrema necessitate sunt consti-
tuti, posse alterum alteri panem concedere,
quo vitam tueri poterat, & sincere se emori. Si-
militer posse amicum pro amico morti dānato
mortem subire; vel etiam in naufragio illi pre-
bere tabulam à se occupatam. Pro qua senten-
tia stant Vidor. Toler. & Navarr. apud cundem
Lessium.

CAP. In singulis. XIX.

S V M M A R I V M.

- 1 Quodnam esset publicanorum munus?
- 2 Vtrum milites, & duces restituere tene-
antur, quod ipsis offertur, ut alibi
divertant?
- 3 Vtrum publicanorum eleemosyna sit ac-
cipienda?
- 4 Vtrum filij authoritate propria possint
elargiri eleemosynas?
- 5 Vtrum pauperes teneantur eleemosynas
facere?

IN textu,

IN textu, ibi, Ita publicanis.
Qui ut ait Pipianus in l. 1. ff. de publ. & vectig. à publico dicuntur, & in l. 3. eodem iit. definit, esse eos, qui vectigalia habent conducta, & l. 16. de verborum significat. cum, qui vectigal conductum habet, publicanum appellamus dixit Caius; nam publici appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit, civitates enim loco privatorum habentur. Erant illi quidem apud Romanos in pretio, & honore, ut constat ex Cicer. in Orat. pro Plancio. Flos, inquit, equum Romavorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine consistet, &c. Apud Iudeos vero male hoc hominum genus audiebat, non flos, sed foec; non ornamentum, sed dedecus Reipub. existimabatur, & peccatores dicebantur, quia ut dicit Abulensis, in Comment. prolog. D. Hieron. in Evang. talia officia vix sine peccato fieri possunt, & ita pessimum genus hominum esse. Vide Tiraq de nobilit. c. 34. n. 32. Iansen. v. ced. a. 13. concord. Evang. alteram assignat causam, quia proclives sunt, ut vi, & rapina peccant, & apud Iudeos iudicabantur infames, quia cum vectigalia Romanorum exigerent, & apud eos tyrannidi inservirent, qua contra Dei legem premi putabant, ac Cardin. Baron in Annalib. anno Christi 31. n. 32. & 37. tradit aliam, scilicet quod Iudei genus Abraham ex libera, liberos se esse profiterentur. Vnde quantumvis inviti ad pendendum tributum adigerentur, nefas tamen putabant, à contribulibus ad illud Romanis prætandum compelli; quia vectigal nomine Imperatoris exigebatur.

In textu, ibi, Stipendia constituta militiae. Collige, quod milites tenentur restituere, quidquid accepterint ex bonis Principis ultra stipendia; similiter, & duces, si pro maiori numero, quam militum habent, exigant stipendia, & sibi reseruent, quod crimen, & furti, & magni Reipub. documenti esse potest. Similiter non possunt duces oblatum pretium accipere ab oppidanis, ne apud ipsos diversentur milites; ad hoc enim nullū ducibus ius est, nec unum oppidum præ alijs gravare possunt: sed ea exigere, quæ secundum patriæ consuetudinem debentur, considerata itineris ratione, quam duces optimè noscunt. Similiter milites, qui acceperunt, & ministri, qui dederunt schedulaster, vel quatuor pro diversis domibus, tenentur restituere quidquid à dominis datum fuit, ut ab onere hospitij liberarentur, deductis expensis p. rata, si ipsum sibi administrarent. Si enim ad aliam domum pergent, ubi hospitium accipiunt, tenentur in integrum restituere, siquidem nullum sibi ius factum fuit iniquè accipiendo. Similiter notat Caietan. verbo, bellum, milites, qui

hospites gravant, & plus petunt, quam debetur, teneri restituere, neq; excusari sola ducis permissione. Ita Turrian. 2.2. disp. 90. dub. 3. De obligatione autem restituendi capra in bello iniusto, vide Galganet. de iure publico, lib. 4. tit. 16. n. 40. ubi n. 48. dicit; quod iniustum bellum indicens tenetur ad omnia damnata. Lego Molin. de iust. disp. 101. Covar. ad reg. Peccatum, 2. p. 9. 9. n. 4. Vasq. 1. d. cap. 3. disp. 155. Vide de iure belli. Angelus, verbo, bellum n. 7. Sylvest. cod. q. 10. Laudens. de bello, q. 21. & 38. Restaur. de imper. q. 108. Bovadilla in sua politica, lib. 2. cap. 16.

In textu, ibi, Non publicanus.

Ergo sine peccato possunt publicani execuimus suum & probat Barradas tom. 2. Concord. Evang. lib. 5. cap. 21. n. 24. ex verbis Baptisti. 3. Luc. relatis in praesenti, quia Praecursor non iubet munus detergere, sed nihil amplius, quam constitutum sit illis facere. Ego vero probo, quia in cap. Super, de raptoribus, eleemosynæ raptorum non accipiuntur ab Ecclesia, nec oblationes usurarij, ex cap. Quia in omnibus, de usuri, non solum in pœnam, & odium talis delicti; sed quia taliter acquisita sunt aliena, quæ ratio militat in omnibus iniuste postessis, & acquilitis; ergo cum eleemosyna publicanorum commendetur, licet munus peragi potest; lege Shar. tom. 1. de relig. lib. 1. cap. 6. n. 6.

In textu, ibi, Non miles excipitur.

Nam etiam filii propria authoritate de bonis castris, sine consensu patris eleemosynam facere possunt, Vasq. tract. de eleemosyna, cap. 4. n. 3. Reginald. in praxi, lib. 4. num. 275. & idem dicendum de ijs, qui bona quasi castris habent. Quæ autem sint hæc bona, explicant DD. in materia de donationibus. Legatur Molin. tom. 1. tract. 2. disp. 230. usq; ad 234. & de materia huius conclusionis, legi potest tom. 2. disp. 247. & Turrian. 2.2. disp. 84. dub. 1.

In textu, ibi, Dives, & pauper.

Pauperes teneri ex eleemosynis partiri pauperibus alijs extremè, & graviter indigentibus nemo dubitat, dummodo dantibus non veniat periculum.

CAP. Cœterum. XX.

S V M M A R I V M.

- 1 In quibus consistat honor parentibus debitus?
- 2 Miseriarum omnium extrema est famæ.
- 3 Virum preferendus sit pater, Ecclesia?

R. 3 IN textu,

In textu, ibi, Contumelia patrētis morte luitur. Hæc pœna traditur Exod. 17. Qui percuserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur: & culpa pertinet ad quartum præceptū Decalogi. Honora patrem tuum, et matrem tuam, &c. Vbi honor debitus, in quatuor præcipue consistere suadetur in reverentia, amore, obedientia, & sustentatione, ex quarum explicatione apud Sayr. in clavi Reg. lib. 7. cap. 5. facile colligit, in quibus contra hoc præceptū filius peccare possit. Quod vero attinet ad præsens; fuit delumptum argumentum ex percussione, per quam lethaliter peccare filios in parentes, docet Navarr. in Manual. cap. 14. nu. 12. Ludov. Lop. I. p. instruct. cap. 54. Rodrig. I. p. summ. cap. 14. conclus. 5. Philiarc. de officio sacerd. p. 2. lib. 4. cap. 21. Ioann. Bened. in summ. de peccatis, lib. 2. cap. 1. nu. 5. & hoc ampliat Sayr. citat. etiam si percussio sit levis, vel etiam si tolum elevet manus, & non percutiat. Tantum enim ex horruerū Ethnici hoc peccatum, ut nullam pœnam condignam satis huic peccato excogitare potuerint, & lege olim lata parricida, primò, virgis cedi iubetur, deinde in sacco corij cum cane, gallo, vipera, & simia consutus in mare iactari, vel bestijs pīci iubetur, I. penult. ff. de parricidijs, & l. t. C. eod. tit. Multa tradit Ioan. Solorzanus de parricidijs, c. 2. et 4.

2 In textu, ibi, Fames, quæ multo gravior est. Comprobatur Basilius tom. 1. homil. 8. dicens cuiusvis mortis genere duriorem, & humanarum calamitatum caput; in alijs namque periculis, vel ensis cuspipe cito interibis, vel ignis impetus breviter vitam extinguit, aut ferarum dentibus membra discerpta intereunt; quæ dolorem si trahunt, non protrahunt morienti. At fames diuturnius malum, ocyus torquet, lenius tabescit, sensim occidit. Quomodo non inter immannissimas feras non connumerabitur fames, ut execrandus hostis, ac hominum interfector? quid fames non cogit? Naturæ leges pervertere suadet, & persuadet hominum corporibus, & propinquorum veselij. Hanc tragediam Iudaica narrat historia apud Iosephum; quæ fuit extrema calamitatum, ob gravia ipsorum scelerum. Multa congerit Bochius ad Psal. 108. vers. 10. in vituperationem paupertatis, quæ est famis mater; ex prophanis nonnulla, quod cognominent savam, pestiferam, malorum extremum, animi corruptricem, ubi Lorinus alia inculcat, ex Plauto in captivis.

Miser homo est, qui ipse sibi, quod edat, querit, & id agerè invenit,

Sed ille miserior, qui et agerè querit, & nihil invenit. Ille miserrimus, qui cum etiam esse (edere) cōspicit, quid edat, non habet.

Constitut. l. 2. Cod. de patribus, qui filios distraxeant, ubi ob necessitatē extremitatē famis, licitum est patri filios vendere, vide Coras. in regul. Pecatum, l. p. §. 1. nu. 6. paulo post princip.

In Glossa, ibi, Insolentem. Nota præferendum esse patrem egentem Eccl. clavis, iuxta cap. 1. supra, dist. 30. & quanvis impius, pascendum, ut in Aubent. de incestis nupijs. §. Si vero contigit.

CAP. Pasce. XXI.

S V M M A R I V M .

- 1 An nepotes teneantur succurrere avi, sicut, & patribus?
- 2 Utrum pro communi necessitate parentum differendus ingressus religionis?
- 3 Quid dicendum, pro gravi necessitate?
- 4 Quid de parentibus pro filijs, & fratribus pro fratribus? & num. 5.

In textu. Eius meminit D. Thom. 2. q. 32. art. 5. ut prober eleemosynam dare de superfluo necessitatē patienti, esse in præcepto; cœteris autem consilij, in quem sensum illum etiam adducit Coras. lib. 3. variar. cap. 14. nu. 5. post princip. Attamen Tiraq. de pœnis, caus. 44. nu. 6. ex eo, quem itidem textum refert, probat, idem esse partum perfocare, ex l. Necare, ff. de liberis agnoscend. atque alimoniam denegare. Navarr. autem in Man. cap. 14. nu. 14. textum adducit, ut prober filios teneri egredi religionem pro parentibus in extrema necessitate constitutis, eorumque opibus indigentibus. Extrema dicitur, quando homo in eo est vita discrimine, ut nisi ei subveniatur, mortaliter sit mors certa, aut gravissimum eius periculum; de quo iam supra. Sed questio est respectu avi, & aliorum consanguineorum in extrema necessitate? Respondet Suar. infra citandus, nu. 8. negative. Primò quia, nullus Author hoc dixit. Secundò quia, obligatio filiorum erga parentes nascitur ex peculiari titulo, quod à parentibus habemus, quidquid sumus; avus vero valde remotè se habet ad nepotem, & per se illi non contulit esse: unde neque avus habet naturalem obligationem alendi nepotem, vel thesaurizandi illi, ex quibus deducitur idem à fortiori respectu aliorum consanguineorum dicendum esse, quia subventio illorū non est ex singulari debito pietatis, sed misericordiae, & illud multo rigorosius est, adeo ut excedat ordinariam iustitiae obligationem; & quanvis pietas

pictas non sit propriè iustitia, quia nō propriè est ad alterum; est tamen perfectio quoad debitum. Obligatio autem pietatis respectu aliorum consanguineorum, vel solum operatur, ut secundum ordinem charitatis preferenda sit, vel etiam ut maius aliquod obsequiu, vel subsidium illis sit exhibendum; non tamen cum tanto dispendio, praesertim per multum tempus.

2 Pro communī autem necessitate, seu levī parentum, nemini licet demittere, nec differre ingressum, ut tradit *Suar. de relig.* tom. 3. lib. 5. cap. 5. num. 3. ex *D. Thom.* 2. 2. questione 101. articul. 4. ad 4 & questione 189. articul. 6. & quodlibet. 10. articul. 11. Neque enim obligatio erga parentes cum tanta appretiatione est, ut propter bonum temporale, quod aliqua industria adhibita, & diligētia patris reparabile est, (sic enim dicitur necessitas communis, seu levis, quanvis congruis adhuc careat) amittatur tantum commodum, & spirituale bonum filij.

3 Difficultas maior est de gravi necessitate: (*Quæ* dicitur, quando vita sustentari potest, cū magna penuria, indigentia, ac difficultate, vel cū magno dedecore, vel notabiliter cadendo à proprio statu, vel exercendo opus alienū à qualitate personæ). Respondet *Suar. citatus* num. 5. non posse filium dimittere parentem in gravi necessitate, & religionem ingredi; dummodo filius possit subvenire, manendo in sæculo, & ad id habeat moralem spem, vel alij nō sint filij, qui possint, & velint, nam si alij filij peccādo nolint succurrere, adhuc obligatio manet pro illo, qui votum habet, & dicit hanc communem ex *Sylvest. verbo, relig.* 2. quest. 7. *Angel. verbo, religio* num. 11. referente *D. Thom.* quodlibet. 3. articul. 6. alias 13. membr. 4. *Navarr.* ubi supra *Gers.* in *tradit. de gravat. are alieno Alphab.* 39. litera X. Favet *Canon. concil. Gangren* relatus in cap. 1. distinct. 30. ubi vide, quæ ibi diximus. Inter canones etiam 80. qui referuntur à Pizano ex Concilio Niceno lib. 3. de aliis illius Concilij in 14. Statuitur, ne aliquis fiat monachus sine licentia episcopi ex ea ratione, ne ullus causam habeat relinquendi uxorem, aut filios, aut matrem, aut similes, qui auxilio eius opus habet. Fundamentū autē est, quia comparatione consilij non est prætermittendum præceptum naturale, & divinum, sed secluso consilio, filius tenetur subvenire patri in gravi existenti necessitate; ergo etiam supposito voto, quod est consilij; maior patet, quia præceptum est necessitatis, consilium autem voluntatis, unde illud præcedere debet: minor clara est, quia ad honorem parentum pertinet eos pascere, ut diximus, cap. præcedenti.

Sequitur dicendum de parentibus erga filios, & fratribus erga fratres. De prioribus

distingue, vel filij sunt emancipati, vel sub cura parentum, respectu illorum maior obligatio est patri, quam filio: nam cura parentum erga filios est perse, & ratione munieris sui tenetur alere filios, neque omissa eorum cura ingredi potest religionem, nisi sufficienter provideat de necessarijs. *D. Thom.* 2. 2. quest. 189. articul. 6. *D. Anio.* 3. part. iiii. 16. cap. 2. *Turre. cremat.* cap. 1. articul. 1. numer. 2. ad distinctionē 30. & ex *Concil. Gangr.* ibi relato, & ex *Paulo* 1. ad *Timoth.* 5. quisvotum maxime domesticorum curam non habet, infidelis est, & infidelis deterior. At vero obligatio filij erga patrem non est per se alendum eum, sed per accidens ratione necessitatis, ut ait *D. Thom.* 2. 2. questione 101. articul. 2. ad 2. Si ergo filius tenetur non ingredi, tenebitur etiam pater in eo casu, positis conditionibus supra allatis. Respectu autem filij emancipati, eadem est obligatio, atque filij respectu patris, quia vinculum reciprocum est.

De fratribus erga fratres resolve, quod aut fratres sunt in patria potestate, vel non; si primum, tenetur frater non ingredi, quia sub necessitate parentis includuntur omnia, quæ pertinent ad statum, & munus suum, inter quæ præcipuum locum habet conveniens filiorum educatio, quapropter mater vidua plures filias habens sub sua cura, habēs necessariā sustentationem, non tamen ad convenientē educationem, & collocationem in decenti statu, diceretur esse in gravi necessitate, & filius teneretur non ingredi religionem, si subvenire posset. At vero de fratribus extra curam parentum defunctorum, iudicandum sicut de nepotibus respectu avorū. Quia obligatio est majoris charitatis, non vero pietatis, sed non obstante maiori obligatione, quam nepotes habēt erga avos, quia saltem ab ipsis mediatae accipiunt esse, non obligantur manere in sæculo, ergo neque fratres, propter fratres. Adi *Suar.* citatu 3. tom. de relig. lib. 5. cap. 6. num. 4. qui intactas iudicat ab Authoribus has quæstiones. Si quando tamen nihil almoniæ impēderet fratribus dicitur fraticidium, iuxta cap. inter cetera 22. quest. 4. intellige quando ex bonis possessis denegatur subsidium extremè egenti, non autem quando tam grave nocumentum subeunt, qui manent in sæculo.

CAP. Qui clementiam. XXII.

S V M M A R I V M.

I Quid sit clementia?

R I I 4

2 Quid

- 2 Quid sit misericordia? & circa eam explicatur textus.
 3 Vtrum clementia pertineat ad perfectionem legis Christi?

In textu, ibi, Qui clementiam non habet. De clementia vide D. Thom. 2.21. questione 157. à principio ubi art. 1. dicit, clementiam adhibere modum recte rationi convenientem in ipsa externa punitione, & sic potissimum competit superioribus erga subditos, ut notavit Seneca in 2. de Clementia, & distinguitur à mansuetudine, quia hæc moderator internum iræ motum, & est cuiuslibet ad quemlibet. Si quando vero August. lib. 83. question. quest. 31. ex Cicerone lib. 2. de inventione, definit clementiam, per quam animitemere in odium alicuius erexit, concitatique comitate retinentur, est quia iracundia cohita per mansuetudinem, adhibetur quoque moderatio in externa vindicta, & punitione, & ex moderatione animi pendet clementia in alios. Adi Gregor. de Valent. 2.2. disputat. 9. quæst. 1. de temporantia punctione 2. vers. Clementina.

2 In textu, ibi, Indutus viscera misericordiæ. Hæc dicitur dolor, sive tristitia de malo alieno, involuntario æstimato, ut proprio, & aliquomo do contra personæ miserabilis dignitatem, cui subvenire velit miserans, quantum in ipso sit, & commodè possit, dupliciter autem fieri potest, ut defectus personæ miserabilis sit etiam aliqua ratione personæ miserentis, sicut docet D. Thom. 2.2. quest. 30. artic. 2. uno modo, per unionem affectus, quæ facit malum amicorum reputari proprium, sicut dixit Aristoteles 9. Ethic. cap. 3. Amici officium inter easera esse condolere de malo amici, sicut de proprio, & Apollolus in textum nostrum indicavit ad Roman. 12. Flete cum fletibus, altero modo per communicationem reali em eiusdem mali; quo pacto vehementius concitatur affectus ad misericordiam, & hanc vehementiam declaravit Paulus ad Hebr. 2. Debet per omnia, &c. In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus, potens est, & ijs qui tentantur, auxiliari, quia illi sunt procliviores ad miserendum, qui in statu, & conditione vitaे sunt similiores personæ miserabili, dixit citatus D. Thom. articul. 2. post Aristotelem citato loco. Ceterum in nostro textu non requiritur, ut defectus personæ miserabilis sit in miserante, sed sufficit, secundum unionem affectus. Aliam misericordiæ descriptionem, & doctrinam vide supra num. 4. cap. 10. distinct. 45.

In textu, ibi, Non adimpleret legem Christi. Quia clemētia reddit hominem Deo, & hominibus acceptum, & in hoc quod diminuit penas, maximē accedit ad charitatem, quæ est potissima virtutum, & sine qua facti sumus, si cut æs sonans, nihil precij, aut meriti habētes. Quinimò apud prophanos Authores multa de clementia digna principum, & ad principatus cumulum, & fastigium, digna sunt lectu. In primis per leonem, & sublitratum hominem, ita ut homo sit incolamis, nec unguibus lacratus, cum tamen leo provocatus quateret tantum, clementiam designat. Quid. dum scribit lib. 3. Tristium eleg. 5.

Corpora magnanimo sauis est prostrasse leoni.
 Pugna suum finem, cum jaceret hostis, habet.
 At lupus, & iurpes instant morientibus Vrsi.
 Et quacunque minor nobilitate fera est.

Vbi vides egregium clementia simulachrum, viuumque hieroglyphicum in generosa leonis natura esse descriptum; in Iepis vero sanguinarijs, ursisque truculentis inclemētiam esse delineatam: Neque hinc procul ab ludit, quod in Severi Pij. Aug. numero simulacrum mulieris erat insculptum quod leoni exporre. Eto insidiebat, manu quidem una hastam terræ affixum tenens, altera fulmen quasi abiiciens, non autem iaculandi gestu, cum inscriptione huiusmodi; Indulgentia Aug. IN CAR, & in Antonij Pii, atque etiam in aliquot Nervæ numeris, cernere est fulmen in toro collocatum, quod manifestum est, & pulchrum admodum clementia signum; arguit enim offendendi protestatem penes Imperatorem esse, verum ob eius clementiam quiescere, quod per inde est, atque illud quod apum Regem aiunt aculea quidem prædictum esse, sed in vulnus eum nūquam exerci. Neque immerito Claudian. in 4. Consul. Honor, eundem ita exhortatur.

Sis pius in primis, nam cum vincamus ab omni,
 Munere, sola Deos aquat clementia nobis.

CAP. Si quid. XXIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Non est facile credendum.
 2 Quomodo preferendi sint in testimonio
 seniores junioribus?

In textu, ibi, Non credas. Tiraq.
 de px.
 nis, CAP.

nisi cap. 51. num. 26. meminit huius textus, ex quo probat, non esse facile credendum alterius assertioni, iuxta l. 1. §. dolum, ff. de eo per quem factum erit, & l. 3. §. Sed sic accepit, ff. de in rem voc. & in l. 3. ff. quod fals. tut. Autem. & l. nimia crudelitate Cod. de actione & obligat. & l. sicut ibi Bald. in fine, Cod. de fide instrum. & cap. si quis praeposita festinatione distinctione 50. & cap. licet Hely, vers. nam iuxta de simon. & cap. Deus opimus 2. questione 1. & cap. nullum 3. questione 5. & cap. vissi litteris in fine 16. questione 2. & in 2. 15. questione 7. noster textus reperitur, per quem probatur non esse facile fidem adhibendam alterius dictis, hoc enim vertitur vitio credenti, quapropter Fulgentius dixit: Credulitas mater est deceptionum.

2 In textu, ibi, Præsentibus senioribus. Deducit ex hoc textu, quem refert Cassan. in consuetud. Burgundia in procœdio Glossa ordonne num 3. pag. 18. maiorem præsumi in ienibus examinationem iustitiae Tiraquel. de iudeo primog. in prefat. numer. 148. & ex illo probat præferendos senes iunioribus in testimonij; argum. etiam textus in cap. quoties, ubi Panormitan. notab. 3. & in cap. licet ex quadam ibi Antiquioribus quidem suis, & ibi quoque Glossa in verbo, persona, Imol. colum. 2. extra de testibus, & cap. cum in tua, ibi antiquiores tempore, eodem titul. & cap. t. 35. question. 6. & voluit Glossa omnibus nota in cap. cum quid in 2. l. ff. si certum petatur, ubi Cyn. Bart. Bald. Angel. Paul. Cast. Alexand. Franc. Arietin. & Lucas de Peña in l. Decurion. col. 1. Cod. de Decurion. lib. 10. & in l. ult. Cod. de Tyron. lib. 12. Roman. l. si verò, §. de viro in 53. fallent. ff. soluto matris. ubi per hoc dicit singularē, quod licet in pari numero testimoniū, sit pro Reo ferenda sententia: fallit tamen si seniores sint pro Actore, Alex. conf. 236. perspectis attestationibus col. 1 in fine, lib. 6. & conf. 127. viro processu colum. ultim. lib. 7. Cepol. conf. 21. Ego Bart. & alij quos refert Tiraquel. citatus.

CAP. Tanta. XXIV.

S V M M A R I V M.

- 1 Nec raro sunt flagitosi senes.
- 2 Vtrum festum diei Dominicæ sit de iure divino?
- 3 Quæ opera liceant, aut prohibeantur diebus festivis? & num. 4.
- 5 De criminis, & pæna eorum qui limites evellunt.
- 6 Nonnunquam propter senectutem pæna mitigatur.

7 Vtrum per simplicitatem, & rusticatem excusat aliquis à culpa, & à pæna?

8 Quæ nam sit excommunicatio nostræ textus.

9 Quando standum sit dicto unius?

IN textu, ibi, Tanta nequitia.

Colligit Tiraquel. ex hoc textu quem refert in prefat de primogen. num. 154. nonnullam reperiri flagitosissimos senes, iuncta Glossa in cap. cum in inventore de presumpt. & ibi Ioannes Host. & Ioann Andr. Ex testimonio Daniel. 13. scribit Lucas de Peña in l. 1. colum. 1. in verbo, Prior. Cod. de consil. lib. 12. quod iniqui esse possunt senes.

In textu, ibi, Dominico die.

Nam celebritas Dominicæ diei habetur ex communis ecclesiæ usu, & in ipsa scriptura novi testamenti commendatur per plura loca, quæ adducit Suan. de religion. tom. 1. lib. 2. c. 4. & fuisse sub magna veneratione dixit Clemens. lib. 7. constit. cap. 31. & cap. 37. & Euseb. lib. 4. de vita Constantini, cap. 18. & 19. refert Constantimum illum diem religiosissime obseruisse, & observandum præcepisse ex Apostolica traditione, dicemus infra ad cap. Constantinus t. dist. 96. Idem habet Amb. in Luc. cap. 17. Augustin. serm. 251. de tempore, ex quo inferunt alij & Author supplementi ad summam Pisanam, verbo, domina in Additione, & indicat Abbas in cap. licet de ferijs num. 2. Angel. verbo feria num. 3. Sylvester eodem questione 1. §. 7. festivitatem huius diei esse iuris divini. Ceterum hoc non probatur, quia in lege nova non sunt data specialia præcepta divina de his observantibus accidentalibus, sed tantum de substantialibus, quæ sunt fides, sacramenta, & sacrificium, reliqua vero relata sunt dispositioni Pastorū ecclesiæ. Ita D. Thom. 2.2. quest. 122. articul. 4. ad 4. D. Antonin. 2. part. titul. 9. cap. 7. Soto lib. 2. de iustitia questione 4. articul. 4. ad 2. ex cap. Sabbato, & cap. 1. ubi Turrectem. ex cap. ieiunia ubi Archidiac. de consecrat. d. 3. Navarr. in Manual cap. 13. num. 1. & cap. quoniam, & cap. licet, & cap. conquestus de ferijs, & Imperatores etiam hoc præceptum suis legibus munierunt, ut patet ex toto titulo 6. de ferijs præsertim l. 2. & l. omnes, & l. ultim.

In textu, ibi, Priusquam missarum solemnia. Sunt nonnulla opera servilia quæ, Dominicis diebus, & festis fieri permittuntur, missa tamen prius auditæ, prout censuit sacra Congregatio referentib. Stephano Gratiano Marchia decis.

71. Quatant. in summa bull. verbo, dies festus Bellet. disquisit.

disquisit. clerical. part. 1. titul. de favore clericorum reali, §. 5. num. 9. Cæterum ruralia opera prohibita laicis festiuis diebus ne dum clericis, & Pastoribus interdicuntur, qui alios debent ad observationem festorum invitare exemplo, inclamando suadere, & castigando cogere, si opus fuerit. Nam ante Flamines tradit Sextus Pompeius lib. 14. incessisse quosdā præclamitatores, ut denuntiarēt opificibus, quod manum abstinerent ab opere, quia illis irreligiosum erat videre facientes opera, nam si vidissent polluerentur sacra, quanto magis nostri contaminarentur in sacrī, qui mane vigilabant ad agros exarandos. Huc referri possent, quæ idem Pompeius deduxit ex Servio in illud Virgil. lib. 1. Georg.

Quippe etiam festis quadam exercere diebus.

Et Macrob lib. 1. saturnal. refert affirmasse sacerdotes pollui ferias, si indictis cæptisque opus aliquod fieret; & ideo per præconem denunciabant, ne quid tale ageretur, & præcepti negligens mulctabatur. Num etiam apud Plutarchum censuit, debere cives nihil rerum sacrarum vel videre, vel audire obiter, & neglegit, sed vacantes ab omnibus alijs rebus, cultui Deorum, tanquam maximo negotio animum intendere, & tempore sacrificiorum vias sonituum, strepituum, gemituum, aliorumque id genus, quæ duros, & illiberales labores sequuntur vacuas exhibere. De solemnitate dierum festorum Ingarum, seu Peruvium regum lege nonnulla scitu digna apud Joseph. à Costa hist. Ind. lib. 5. cap. 27. 28. 29. & 30. & de Mexicanis lib. 6. cap. 24. Quæ convincunt, quanta maiori cum veneratione debeant sacra peragi à sacerdotibus in cultum Dei veri, non in agrorum culturam; unde tanta nequitia increpatur pastoris, qui priusquam solemnia celebraret, ad exarandā messem prodibat. Lege Campanile in diversor. Rubr. 12. cap. 13. à nu. 92. & deinceps.

In textu, ibi, Ad exarandam messem. Nam aliter iudicaretur ad colligendas segetes iacentes in agris, & fœnum in pratis, ut ad locum securum deferretur, si imminaret tempestas, vel pluvia, quæ ibi corruperet fructus, & ex ea causa licitum est, vindemiarum tempore colligere vuas ne pereant, & prosequi opus incepturn, si notabile damnum sequeretur ex dilatatione, & omissione operis. Sayr. in clavi Reg. lib. 7. cap. 2. num. 20. Praxis Episcop. verbo, festa, §. 3. Quaranta in summa Bullarij. verbo, dies festus Pauli. in repetit. cap. per vestras in fine de donat. inter vi- rum, & notab. 27. num. 10. pag. 162.

In textu, ibi, Terminos posse-

sionis. De crimine, & poena eorum, qui finis, seu terminos agrorum mutant, evellunt, aut furantur, vide per totum titul. ff. de termino moto cap. in l. 12. questione 2. ubi refertur illud Deuteronom. 27. Maledictus, qui transfert terminos proximi sui, & Felin. in cap. quia iudicante de prescript. num. 2. Abb. in cap. ex litteris num. 13. & Dec. num. 18. de probat. Aviles. in cap. prætorum, verbo, lei à num. 7. Iul. Clar. in practic. §. ultim. quast. 83. num. 10. latè prosequitur Menos. h. de arbit. casu 393. præter alios quos refert Cened. 1. part. coll. 9. ubi noslū textum agit. Ordinatio nostra Lasiana lib. 5. tit. 67. ubi Barbosa in Remiss. apud Hispanos l. 30. tit. 14. part. 7. ubi Gregor. Lopez Vivius tom. 2. cōmun. opin. lib. 9. titul. 12. num. 66. pagin. 494. Mascard. de probat, conclusione 399. num. 8. ubi idem resolvit in illis, qui tollunt signa, quæ sunt in lapidibus. In dubio tamen nunquam præsumitur confinium mutatio. Felin. in cap. cum causa ad finem de probat. Quomodo verò probentur confines terminorum, ex inultis, quos refert. Cenedus citatus 8. 2. poteris certus fieri.

In textu, ibi, Parcimus canis tuis. Propter ætatem ingravesceniem poena quoq; mitigatur. 1. si quis in graviscente valetudine dignoscitur, ff. ad S. C. Syllanianum, & leg. 2. ff. de termino & l. feré in omnibus, & ibi Glossa, ff. de regul. int. & cap. tanta 1 questione 7. & cap. tempora. 26. questione 7. & Glossa, & Doctores in l. quid ergo, §. poena gravior, ff. de ijs, qui notantur infamia, & ex nostro textu, quem vocat pulcherimum, probat Tiraquel. de poenis causa 8. numer. 1. & multi alij, quos refert Cened. ad Decretum collect. 9. numer. 5.

In textu, ibi, Simplicitatem tuā. Simplicitate ductus si delinquat, non excusat quin peccet, & puniatur leg. 1. ff. de legibus, & ibi concord. in Glossa, & cap. qui secundum car. 23. questione 14. & cap. si quis dederit 24. questione 1. concordat. ibi Glossa, & cap. quemadmodū in verbo, ignoramiam. 32. questione 7. In quam rē multa Hieronymus in Dialogo contra Pelagium, & Gratianus noster 15. questione 1. in summa. Is tamen minus peccat, ut Theologi assertunt in 2. sentent. dist. 22. cum D. Thom. 1. 2. quast. 76. artic. 3. & sequentibus, & ideo minus cum eo agitur, quin & plerumque parcitur, l. 2. ff. si quis in iis vocatis non ierit, l. si quis id quod, §. 1. ff. de iurisdict. omnium iudic. ubi DD. & l. si quis ingravesciente, §. Si quis ignorans, ff. ad S. C. Syllanian. & per plura alia iura, quæ refert Tiraquel. citatus ubi nostrum citat textum.

In textu, ibi, Excommunicatos decernimus. Difficilis est casus nostri textus, quem citat Smar. de censur. disput. 4. sect. 5. numer. 22. quia ex-

communicatio non ferri potest purè, & absolute pro peccato commisso, sine respectu ad futurum, per Abb. in cap. P. & G. num. 7. de officio delegatis, & Navarr. in cap. cum contingat. de rescript. caus. nullit. 5. & in Man. cap. 27. num. 9. & 11. Co-
var. in cap. Alma mater part. I. §. 9. numer. 4. & se-
quentibus, & §. 10. à num. I. usque ad 5. Vgolinius
de censuris lib. I. cap. 9. §. 5. cum communis Theologorum. Sed nihilominus dicendum, illam
non fuisse censuram propriam excommunicationis, sed solum privationem quendam, seu
separationem ab altari, & à communione corpo-
ris, & sanguinis Dñi, ita Suar. citatus, & indicat
Glossa in summa nostri textus. Vtrū autem hęc
privatio communionis recte infligatur, latè pro-
sequitur Campanile in diversor. iuris Rubr. 12. c. 7. n.
28. & postea adi quæ supra diximus de impo-
nenda pœnitentia non sumendi eucharistiam,
& fortassis non displicebit nostra ibi reso-
lutio,

**2 In Glossa, Sed filius, verbo, Di-
cto unius.** Quærit Glossa, an dicto unius
statum sit, quam remissivę at-
tingit Cened. collect. 9. in Decretum, numer. 2. quibus
adde Aldovin. conf. 14. num. 27. & conf. 22. num. 12. &
conf. 26. à numer. 37. Cevall. commun. quæst. 494. Val-
la. confil. 73. Cald. Pereira question. foren. consult.
26. num. 11. Farinac. in praxi crimin. part. 2. de opposit.
contra personas testimoniū quæstione 63. num. 1. & à nu.
232. cum sequentibus, & part. 1. recent. & decis.
251. num. 1. eadem part. 1. & decis. 677. num. 3. part. 1.
& decis. 691. num. 4. qui resolvunt, unum testē
non sufficere, at verò duos ad perfectam pro-
bationem in qualibet causa, tam prophana,
quam ecclesiastica, vel spirituali, sufficere, &
Farinac. in d. quæst. 63. num. 3. ampliat in teste sena-
toria, aut præsidiali dignitate constituto, &
num. 14. quod nec in favore causæ piæ unus te-
stis probet. Vnius tamen episcopi testimonio
creditur in foro seculari, ex privilegio in cap.
quicunque 11. quæst. 1. & tenet Marc. Anton. Ge-
naens. in pract. eccles. quæst. 678. Alias verò limi-
tationes, & ampliationes vide in Doctoribus
in tit. de testibus.

CAP. Non liceat. XXV.**S V M M A R I V M.**

- 1 Vtrū episcopum deceat verberare cle-
ricos propriis manibus?
- 2 Vtrū id possit per laicos?

I N textu. De hoc textu agit Suar. tom. 5. de
censuris disputat. 22. sect. I. num. 45.

& querit simul, & resolvit, episcopum non re-
neri, nec debere verberare proprijs manibus
clericum sibi subditum, si tamen id faciat, cō-
currentibus alijs iustitiae conditionibus, non
incurrere excommunicationem. Canonis Si quis
suadet 17. q. 4. Imò nec graviter peccare, seclu-
so scādalo, quia neque est illa actio intrinsecè
mala, nec sufficienter positivo iure facta repe-
titio, & verba nostri textus, non indicant gra-
vem obligationem.

In Glossa prima, ibi, Per laicū.

Docet Glossa, quod si episcopus percutit cleri-
cum per laicum, incidit in excommunicationem,
de quo vide Hippolyt. in l. 1. nu. 60 ff. de quest.
qui nostræ Glossæ meminit. Quanquam limi-
tatione uti necesse sit, quando scilicet non ad-
esset alius ad id faciendum; putat Navarr. in
Manual. cap. 27. num. 86. & Sayi. de censuris lib. 3. cap.
27. numer. 12. qui uterque nostri textus, & Glos-
sa meminere, & Suar. citatus, quos omnino
vide.

C A P. Pervenit. XXVI.**S V M M A R I V M.**

- 1 Conductiones prohibetur episcopis, cle-
ricis, & religiosis, ob lucrum.
- 2 Quando dicitur hac conductio fieri ob-
lucrum?
- 3 Clerici in minoribus non habentes be-
neficium possunt negotiari.
- 4 Ex fructibus conductionū debentur de-
cimæ, & gabellæ.
- 5 Declarantur tria tutellarum genera.
- 6 Episcopi tutores, & curatores esse non
possunt ullo genere tutellæ, nisi mi-
serabilium personarum.
- 7 Clerici in sacris, si velint, possunt ac-
ceptare tutellam legitimam.
- 8 Clerici in minoribus possunt acceptare
omnem tutellam, & cogi ad illam.
- 9 Clerici in sacris, non possunt habere
tutellam testamentariam, aut da-
tivam.
- 10 Religiosi non possunt habere tutellam
testamentariam, aut dativam.
- 11 Religiosi, nec etiam legitimam tutellā
habere possunt.
- 12 Religiosi habere possunt personarum
miserabilium tutellam.

13 Pæna contra clericos, & religiosos negotiantes, quales sint?

IN textu, ibi, Conducere possessiones. Intellige avaritiae causa, ut noster textus supponit nam si episcopus, clericus, vel monachus conducant ad propriam sustentacionem, talis conductio eis esset licita, itaque prohibentur hæ conductiones ob locrum, & negotiationem, non tantum hic, sed 21. questione 3. cap. 1. & 2. & capit. 1. ne clerici, vel monachi. Rationes huius prohibitio- nis, & turpis negotiationis, videbis apud Iacobum de Graffis 2. part. lib. 2. num. 8. & 9. Salzedum ad Bernard. Dias in practic. crimin. cap. 15. Glossa prohibitum.

2 Quando autem clerici, vel monachi dicantur facere has conductiones, mercative, aut vendere ex avaritia, & lucro, docebit optimè Dominicus num. 10. Franchus numer. 4. & 5. in cap. quamquam de censibus lib. 6. Lassarie de decima ven- dit. cap. 19. num. 51. Garcia Gironda de Gabellis part. 7. num. 31. Molina tom. 2. disputat. 342. §. secundum est, & sequentibus, Cabedo 2. part. decisionum are- sto 45. Sylva casuum conscientia lib. 2. casu 115. & 116. & lib. 6. casu 656. Soto de iust. & iure, lib. 6. questione 2. articul. 2. Cenedo collect. 37. numm. 2. ad Decretum, Cevallos in tract. de cognitione per viam vio- lenzia questione 64. numer. 21. Camillus Berzellus in summa omnium decision. titul. 7. de clericis à numer. 68. Aloysius Riccius in practica Ecclesiast. Neapolit. deci- sione 375. Ordinatio nostra Lusitana lib. 2. titul. 21.

3 Non intelligas tamen has conductiones, & reliquam negotiationem prohibitam, prohiberi etiam clericis in minoribus non habenti- bus beneficium ex Abb. in cap. secundum institu- ta, & cap. sed neque né clerici, vel monachi, Alberto de perfecto clero lib. 2. cap. 52. num. 6. & alijs de qui- bus Salzedo ad practicam Bernardi Dias cap. 55. ver- bo, prohibitum, vers. & ex pæna, Molina tom. 2. tra- ctat. 2. disput. 342. § pæna autem, ubi addit inclina- re magis Doctores, nec clericis in minoribus beneficiarijs hoc esse prohibitum sub mortali, quanvis contrarium teneat Rebellus part. 2. de obligat. iust. lib. 9. question. ultim. sectione 2. numer. 8. maximè si beneficium alicuius sit momenti, esse vero monachis, quanvis non constitutis in sacris, vide ibi Doctores, quos citat.

4 Celebris quæstio est, an ex fructibus talium conductionum, debeatur decima ecclesiæ, & gabellæ regiæ, cum lales fructus venduntur, aut permuntantur? Affirmant de primo Suarius cum multis tomo primo de religione lib. 1. cap. 19. à num. 8. usque ad 10. De secundo affirmant Melis- ea d. disput. 342. §. Idem dicere, & præter Lassarie,

quem ibi citat, & sequitur, tenent eandem re- solutionem generaliter in omnibus, quæ per viam negotiationis ecclesiastici tractant, scri- bentes ad cap. quamquam de censibus in 6. Dueñas re- gula, 100. vers. fallit. 11. Joseph. Lodovic. tom. 3. com- munium opinioni, iii. de gabellis conclusione unica, vers. inferius 10. Gironda de gabellis part. 7. num. 8. Folle- gius ad Marant. de ordine iudic. part. 4. num. 80. Ma- tiengo lib. 11. Glossa 1. num. 3. titul. 10. lib. 5. recovile. Bobadilla in polu. lib. 2. caput. 18. numer. 123. lib. 6. numer. 124. Garcia de nobilitate, Glossa 9. numer. 53. Navarus consil. 1. de immunitate ecclesiastica Mexia in tractat. i. a. pavis conclusione 5. numer. 23. Cenedo ad Decret. collect. 37. numer. 2. Matiba de iurisdictione part. 4. casu 3. à num. 2. Cabedo part. 1. decision. 109. & part. 2. arresto 45. Cevallos in tractat. de cognitione per viam violentia part. 2. questione 64. Trinacria variarum lib. 1. titul. de iure fisci resolutione 5. num. 8. Guitierres de gabellis quest. 93.

In textu, ibi, Tutellas, sive cu- rationes. Ut intelligas, quæ tutelle, vel cu- rationes clericis, & monachis sint prohibite, suppose esse tria tutellarum ge- nera, primum genus est, tutellæ testamenta- ria, id est datae in testamento, vel codicillo a patre suis filiis l. 3. ff. de testamentaria tutella, Glossa ibi. Secundum genus est tutellæ legitime, id est, quæ lege defertur. Tertium genus est tutel- lae dativa, quæ scilicet, quoniam non est tutor testamentarius, vel legitimus, aut si sunt, nolunt suscipere tutellam, designantur à indice. De his omnibus tutellis eruditè Molina tomo 1. dis- 220, per totam. Edidere præterea integras tra- cationes de tutoribus, & curatoribus Antonius Pagijs, & Cavalcanus, Paulus Montanus, & Ioan. Gu- ijer. Nunc sit.

Prima conclusio. Episcopi, tutores, & cura- tores esse non possunt ullo genere tutella, ni- si miserabilium personarum, quorum bona peri- rent, nisi ipsi succurerint, ita habetur hic, & authenlica de sanctissimis episcopis, §. Deo autem amabiles, authent. presbyteros 3. Cod. de episcopis, & clericis, item l. 14. titul. 16. part. 6. ubi Montalvus verbo, per rason del parentesco Glossa hic, Folerius ad Marantam de ordine iudiciorum 4. part. disting. 11. num. 65. Gilchenius in cap. Reynuniti, verbo, & uxorem, num. 128. Gutier. de tutellis 1 part. caput. 1. numer. 26. Molina tomo 1. tractat. 2. disputat. 221. §. Episcopas.

Secunda conclusio. Clerici in sacris ordini- bus constituti, tutores, & curatores esse non possunt testamentaria, aut dativa tutella. Ita habetur auth. de sanctissimis episcopis, §. Deo autem amabiles auth. presbyteros 3. Cod. de episcopis, & clericis, & l. Castella supra citata, & probat Molina ubi supra §. clerici, addes hoc capite prohiberi tatu- has duas tutellas, testamentariam, & dativam; conclusio.

conclusionem sequuntur. Doctores proxima conclusione citati, item Azor part. 2. lib. 3. cap. 7. quæst. 1.

8 Tertia conclusio. Clerici in sacris ordinibus constituti possunt acceptare curationem, vel tutellam legitimam, si velint, si tamen nolint cogi non possunt; constat ex eodem authentico de sanctissimis episcopis, §. Deo autem amabiles. collat. 9. quid vero tunc præstare debeant cum acceptant; habetur eodem authentic. & docet Molina proximè citatus. Utrum vero tales acceptantes tutellam legitimam, cogantur coram iudice sacerdotali reddere rationes, tradit Martha de iurisdiction. 4. part. cent. 2. casu. 146. Mansuerit de iudicio. §. Item si clericus solitus, Alfred. de potestate sacerdotali fallentia. 28. Muñoz de Escovar de ratiotinij, cap. 7. à num. 14.

9 Quarta conclusio. Clerici in minoribus possunt habere tutellam, & ad illam cogi; sequuntur Glossa in authentico de sanctissimis episcopis, §. Deo autem amabiles. verbo, hoc fecerit, & authentic. presbiteros Cod. de episcopis, & clericis, Acurius in d. §. Deo autem amabiles, & in dict. authentic. presbiteros, Gregor. Lopez l. 14. titul. 16. part. 6. verbo, missi cantantes, Follerius ad marant. de ordine iudic. 4. part. distinctione 11. num. 67. Gutierres de tutellis cap. 1. numer. 27. Bobadilla in sua politie. lib. 2. capit. 18. numer. 26. Ratio est quia hi tantum gaudent privilegio canonis, & fori, in reliquis subiecti sunt curiæ sacerdotali. Deinde, quia nostra Lusitana Ordinatio lib. 4. titul. 104. §. 1. enumerans exceptos à tutella, nullam mentionem facit de clericis, & tanquam casus omis- sus relinquitur hic juris dispositioni 1. commo- disimè, ff. de liberis, & pauperibus, Ordinatio Lusita- na lib. 3. titul. 64.

10 Quinta conclusio. Religiosi non possunt habere tutellam testamentariam, aut dativam, nec ex licentia superiorum, quod si habeant, totum quod geront, est irritum. Probatur ex hoc capite, & cap. Mon. ibi 2. 16. questione 1. & cap. unico de syndico, Item ex authentic. de sanctissimis episcopis, §. Deo autem amabiles l. Castella 14. titul. 16. part. 6. Ordinatio Lusitana lib. 4. titul. 102. §. 1. verbo, ou religioso, sequitur Angelus, verbo, tutella numer. 1. & ibi, Sylv. questione 3. Tabiena questione 1. numer. 2. ubi aiunt, monacho interdictam esse omnem tutellam, præter dativam. Azor. part. 1. lib. 12. cap. 11. questione 3. Molina tomo primo tractat. 2. disput. 121. §. Religiosus, Sanch. tomo secundo Decalogi lib. 6. cap. 14. numer. 23. Ca- valcan. de tutori, & curatore numer. 288.

11 Sexta conclusio. Religiosi nec etiam legitimi- tam tutellam possunt habere; est expressè contra Glossam hic verbo, tutellas in 2. solutio- ne, & ibi, Turrecremat. in fine, Argelum Sylv. Ta-

bienam, & Azor. superiori conclusione citatos, qui omnes aiunt, bene posse religiosum sponte sua, & ex superioris beneplacito acceptare tutellam legitimam, licet ad hoc compelli non possit. Moventur quia licet authentic. de sanctissimis episcopis, §. Deo autem amabiles id religiosis interdi- catur, tamen eam correctam putant per hoc nostrum caput, ubi ea tutella permittitur re- ligiosis. Nostram nihilominus conclusionem verius probat dict. authentic. de Sanctissimis episco- pis, §. Deo autem amabiles; l. Castella 14. & Ordi- natione Lusitana citata conclusione 5. Glossa hic verbo, tutellas in 1. solutione, Gregorius Lopez dicta l. 14. verbo, no pude, Rosella, verbo, tutella num. 2. Molina, ubi proxime disputat. 221. §. religiosus, ubi ait audiendam non esse Glossam hic verbo, tutellas in 2. solutione, Costa de remedij subsidia- rijs remedio 72. Sanch. tomo secundo Decalog. lib. 6. cap. 14. numer. 25. ubi bené docet nusquam per hoc caput correctum esse authentic. de San-ctissimis episcopis.

Septima conclusio. Religiosi benè possunt, si velint, acceptare tutellam miserabilium per- sonarum, habetur hic, & capit. 1. & cap. episcopus gubernationem eandem distinctione 88. docet Glossa hic verbo, tutellas in fine, & Turrecremat. ad finem, Rosel. verbo, tutella num. 2. & ibi, Angelus numer. 1. Sylv. eodem questione 3. Tabiena questione 1. num. 2. Armilla numer. 2. quanvis contrarium teneat Gregor. Lopez dict. l. 14. citata, verbo, no puede, quem sequuntur Sanch. tomo 2. Decalogi lib. 6. cap. 14. numer. 26. ex fundamento, quod apud eum videbis, ubi bene addit, religiosos ad hoc cogi non posse, cum nullum inveniatur verbum religiosum obligans ad hanc tutellam.

In textu, ibi, Ecclesiastica cor- 13

rectioni subiaceat. Pœna impositæ epis- copis, clericis, & religiosis negotiantibus, sunt suspensionis cap. consequens distinctione 88. ubi vide posita num. 2. & sequentibus, & cap. penultimum, distinctione 91. Item excommunicationis, cap. 2. ne clerici vel mo- nachi, vide apud Lessium lib. 2. cap. 11. dub. 1. num. 4. Sunt tamen hæ pœnæ, non ipso iure latæ, sed ferendæ, ut bene notant Molina tomo secun- do disputat. 342. §. pena autem, Rebellis 2. pars. de obligationibus iustitia lib. 9. questione sicut. sectione 2. à num. 4. ubi uterque advertit easdem pœ- nas innovatas esse à Tridentino seß. 22. de refor- matione, capit. 1. ita nō omni modo. ut in obli- gationibus iustitia lib. 9. questione sicut. sectione 2. à num. 4. ubi uterque advertit easdem pœ- nas innovatas esse à Tridentino seß. 22. de refor- matione, capit. 1. ita nō omni modo.

S. S. DIS

DISTINCTIO. LXXXVII.

CAP. Licet. I.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia nunquam claudit gremium suū ad se redeuntibus.
- 2 Id solum possumus, quod licetē facere possumus.
- 3 Cognoscit iudex ecclesiasticus de omnibus causis miserabilium personarū, etiam laicorum.
- 4 An cognoscat de causis viduarum, & orphanorum, cum sunt divites? & num. 5.
- 6 Causae viduarum, & orphanorum in sacris litteris commendantur.
- 7 Privilegium viduae prævalet alijs.

IN textu, ibi, *Non debemus, in quantum possumus, nos negare.* Quia ecclesia nunquā claudit gremium suū redeuntibus ad se, iuxta notata in cap. ex parte de verbor. significat. & in cap. qua fronte de appellat. & tenet Iason ad l. I.. §. sublata, ff. ad Trebel. in 2. lec. nu. 18. Qua propter Trident. sess. 15. in decreto prorogationis humaniter excipiendos promittit, & benigne audiendos qui veritatis studio cognoscēdā venerint. Vnde per Farinacium tract. de hæresi quest. 177. numer. 207. limitat. 9. dubius in fide, quanvis pertinax fuerit, si omittat dubitationem, & partem catholicam amplectatur ad ecclesiæ gremium recipiendus est, abiurata tamen prius hæresi, & ita observari testatur Franciscus Pegna in addit. ad Emericum in Direct. Inquisit. part. 2. ad cap. 1. extra de hæreticis fol. 80. colum. 1. in fine.

2 In text. ibi, In quātū possumus. Quod intelligi potest tam de potestate physica, quam morali; & quidem omissa physica potestate, de morali loquendo, id solum possumus quod licetē facere possumus, ut communis Theologorum, summistarum, & Canonistarum docet locutio. Non enim posse dicitur aliquis, quod contra ius potest. Stephan. Gratian. Marchia decis. 13. nu. 34. & ideo verba intelligi debent secundum ius l. quer. §. inter locatoīē, ff. locati. l. Nepos de verb. signif. cap. causa qua de rescript. cap. cum dilectus de consuetud. Quapropter cum de pupillo, & paupere iudicium exercetur, non pro illis iudicandū est, cum caveat Deus ne

in iudicio mesereamur pauperis Exod. 27. nu. 3. & 6. Sed secundum iuris dispositiones.

In textu, ibi, Viduarum, & orphanorum causas. Ad ecclesiam pertinet pauperū causas, & viduarum, ac pupillorum cognoscere, Barb. in l. I. part. I. num. 40. ff. soluto matrimonio. Cognoscit enim iudex ecclesiasticus de omnibus causis miserabilium personarum, etiam laicorum; putā de causis orphanorum, viduarum, & aliorum pauperum; nam tales persona possunt laicos coram iudice ecclesiastico convenire; ut habetur per Abbat. & Doctores in cap. significantibus de officio delegat. & Abbat. in cap. licet ex suscep̄to colum. 2. de foro compet. & in cap. ex parte num. 11. Bald. in Authent. ad hac col. 2. vers. quātū nūquid. Cod. de usit. Marantam part. 4. distinction. 11. num. 9. Barbosam citatum num. 49. Menoeb. remedio. 3. num. 411. cum sequentibus, & remedio 15 num. 248. Petrus Foller. in addit. Maranta ait, Foriē hoc non procedere in Regno, ubi sunt iura municipalia in favorem miserabilium personarum & data est electio ipsis audeundi quemcumque iudicem voluerint. Nam cum ipsæ miserabiles personæ habeant plures iudices sacerdotes, & electionem eligendi quem voluerint (quod etiam videtur est in Ordinat. Lusit. lib. 3. mil. 5. num. 3.) frusta adirent ecclesiasticum iudicem, pro qua limitatione adducit And. Barb. in Addit. Abb. in cap. ex suscep̄to de foro compet. A qua sententia non videtur recedere Covar. practicar. cap. 6. nu. 1. ubi nostri textus meminit, dum ait, quod vidua, & miserabiles personæ possunt reos laicos coram ecclesiastico iudice super rebus prophaniis convenire, ubi iudex sacerdalis neglexerit eis iusticiā ministrare; prabat cap. ex tercio de foro compet. ubi dicit idem omnes sentire. Sed quid dicendum, si vidua, & orphans fuerint divites, gaudebunt ne hoc privilegio miserabilium personarum? Negat Marant. part. 4. distinction. 11. num. 9. & distinction. 9. numer. 195. cum Abb. Ioann. de Imol. Felin. Negant etiam plures, quos refert Rolandus à Valle conf. 76. Alexand. in cons. 21. colum. fin. volum. 1. Cardiu. Flor. in cap. significantibus de officio delegati Ias. l. Tunc rexiores col. 5. in principio deleg. 1. Specul. in titul. de inst. edit. §. nunc vero vers. & scias secundo. Hieron. in Addit. ad Gnid. Pap. in questione 566. facit etiam quod notat Innoc. in dict. cap. significantibus, ubi dicit, quod vidua, ut gaudeat privilegio dictæ legis. 1. debet esse pauper, secus si dives, quia tunc non potest dici, quod careat defensione, cum omnia obediant pecuniae; ut dicitur Eccles. 10. Innocentium sequitur Isern. relatus. Auct. in const. Regn. constitutions legi præsentii colum. 2. Paul. de Castro in Rubr. Cod. quando Imperator inter vid. & cæt. & alij. Cornel. Beninges. de privileg. pauperi. quæst. 4. num. 12. Tiraquel. in l. si unquam, verbo, facult.

tatum, num. 1. prope finem. Cod. de revocand. Mascard. conclus. 1064. numer. 3. Tusch. littera V. conclus. 203. in principio.

Contraria tamen sententia tenet, personas de quibus loquimur, gaudere huiusmodi privilegio, etiam si sint divites; ita Rolandus citatus cum Innoc. Isern. in constitutione statuimus Abb. in cap. ex parte de fero compet. colum. 2. & in cap. ex parte de iudic. Bald. Novel. in tractatu de doce in nona parte 17. specialis. Butrigar. in l. 1. ff. soluto matrimon. colum. 6. vers. Tertius casus, & Neviz. in Sylva nupt. fol. 25. colum. 3. ubi respondent ad Specul. & Alex. ubi supra, relati omnes ab eodem Rolando, idem sentit Cabed. decis. 54. numer. 13. cum Covar. practicar. capit. 6. numer. 2. Theſſur. Pedamont. decis. 177. numer. 3. Virius decis. 459. numer. 12. & decis. 521. à numer. 7. Vincent. de Franc. decis. 100. numer. 19. Menoch. de arbitrar. casu 66. numer. 4. Alexand. Tretasinq. lib. 2. variar. resolut. titul. de citat. resolut. 2. numer. 16. Barbos. in l. 1. part. 1. numer. 50. ff. solut. matrimon. Camill. Borrel. in summa omnium decis. titul. 56. à numer. 9. Bernard. Muscatel. in sua praxi aurea civil. Glossa competens, numer. 57. Gratian. discept. forens. cap. 182. numer. 3. Rodericus Gonçalvez in lib. dos privilegios das mulheres prærogativa 48. ex Ordin. Lusitana. lib. 3. titul. 5. §. 3. Quæ opinio omnino est sequenda, & probatur in c. ex parte de fero compet. ubi Regina Angliae gaudet privilegio miserabilium personarum, quia convenit laicum coram iudice ecclastico.

6 Ibi, *Divina manifestat assertio*
Notat Covar. practicar. cap. 6. vers. leges autem præcitas leges in favorem viduarum, & orphantorum maximè convenire, in privilegijs his concedendis, sacris eloquijs. Exod. enim 22. numer. 22. ita leges. Vidue, & pupillo non nocebunt. Deuteronom. 10. numer. 18. Facite iudicium pupillo, & vidue. Isaie 1. numer. 17. Defendite viduam. Ierem. 4. numer. 28. Causam vidue non iudicaverunt. Esdræ. 4. capit. 2. numer. 20. Orphanum tuere. Psalm. 10. numer. 14. Orphano tu eris adiutor, &c. Nam pro orphanis, viduis, & miserabilibus personis debent clerici summopere laborare. Gregor. Lopez part. 1. titul. 6. l. 52. Glossa Enemigos in fine, ubi nostri textus meminit.

7 In Glossa, verbo, *Plus, ad medium, vers. similiter viduis.* Notamen, quod scholasticus conventus à vidua coram potestate non habebit privilegium. *Authentica.* Habita Cod. ne filius pro patre, & ibi notat Bald. colum. 7. numer. 56. ex eo, quia cum privilegia sint æquæ specialia; maior, ratio est ex parte viduarum, quia debiliores sunt. Vnde similiter si concurrent mulier, & minor, poten-

tius esset privilegium viduae, quam minoris; argumento textus in l. in multis, ff. de statu hominum, ubi notat Bald. numer. 5. quod catellis partibus plus favetur monasterio monialium, quam monachorum, probat utrumque Gregor. Lopez part. 3. titul. 3. l. 5. Glossa ad finem, qui nostram Glossam refert.

CAP. Defensionis. II.

- 1 *Quæ sint miserabiles personæ?*
- 2 *Iudicis arbitrio relinquuntur quæ sint miserabiles personæ, præter expressum in iure nominatas.*
- 3 *Episcopus potest se intrumittere de executoribus testamentorum.*
- 4 *Pupillus quis dicatur?*
- 5 *Quis sit pupillus in ordine ad priuilegium concessum miserabili personæ?*
- 6 *Pupillus opem præstandam esse, docent sacra litteræ.*

IN textu, ibi, *Defensionis pro priæ desolatis auxilio.* Id est miserabilibus personis. Quæ autem sint miserabiles personæ, ponunt Doctores in l. 1. Cod. quando Imperator inter pupill. & in cap. significavit us de officio delegat. Guido decis. 556. Matani. de ordine iudiciorum, 4. part. distincion. 9. numer. 77. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu. 66. Rebuffus ad leges Gall. tom. primo titul. de sententijs præiudicialibus l. 13. art. 8. Glossa ultim. Covar. practicar. cap. 6. Gregor. Lopez l. 6. titul. 3. part. 3. relati à Cabedo decis. 54. numer. 9. Scacc. de appellat. questione 7. numer. 138. ubi etiani tenet, miserabilem personam dici omnem, cuius natura movet nos ad misericordium propter fortunæ iniuriam.

Præter personas expressim in iure nominatas, arbitrio iudicis relinquuntur, quæ dicantur miserabiles personæ, ut tradit Cabedo. è iatus, & Arelio 32. part. 1. Flamin. de resignat. lib. 5. tuni. 139. Azeved. l. 9. numer. 12. titul. 3. lib. 4. nova recopilat. Bovadilla in sua Politica lib. 3. capit. 14. numer. 75. Farinac. in novis. decis. 862. numer. 10. Scacc. citatus Gravatus ad practicam Camera super lib. 1. conclus. 1. confid. 1. numer. 2. Castillo. quorid. lib. 3. capit. 25. numer. 18. & Dolores in dict. leg. 1. Cod.

Prima pars Decreti.

752

quando Imperator inter pupill. Doctores ubi supra Covar. practicar. cap. 6. numer. 3. & ecclesiam misericabilem personam reputari, tradunt relati à Covar. ubi proximè capit. 7. numer. 3. quo loco receptum testatur in Hispania, monasteria ex quatuor ordinibus mendicantibus, Sancti Francisci, Divi Dominici, Divi Augustini, & Carmelitarum: item & monialium cuiuscumque ordinis, & instituti miserabilium personarum privilegium habere. Sic qui peregrinantur, dicuntur personæ miserabiles, & securitate gaudere debet res, quas demittunt in patria peregrini, debent enim tales ab ecclesia defensari, notat Gregor. Lopez partit. I. titul. 24. leg. final Glossa 1. ubi nostri textus meminit. Peres lib. 3. Ordinam. titul. I. l. I. Glossa 3. pagin. 463. vers. Item dicuntur.

3 Ibi, Desolatis auxilio. Ex hoc textu colligit Panormitanus in cap. cum esses de testam. numer. 33. quod episcopus possit se intromittere de executoribus testamentorum, etiam ad non pias causas, sive procedat ex officio, sive actione intentata per legatarios. Sicut observatur, inquit, in alijs causis spectantibus ad forum ecclesiæ, ut in cap. super quibusdam, de verbo. signific. & 86. distinction. cap. 1. & 2. Vnde fit, ut episcopo succedat capitulum, sede vacante, in exequendis ultimis defunctorum voluntatibus, Covar. in cap. Ioannes numer. 2. de testament. Azor part. 2. lib. 3. capit. 39. quastione 6. Quaranta, verbo, capitulum, sede vacante vers. Septuaginta quarto. Praxis episcopal, part. 2. verbo, capitulum, §. 9. Nam si defēdere orphanos, & viudas, & alias miserabiles personas spectat ad ecclesiam, ut in præallegato, cap. super quibusdam, & in præallegatis capit. 1. & 2. multò fortius defensio, & executio defunctorum, qui penitus sunt deslitiati defensoribus, & pro hoc videtur textus in cap. desolatis, aliás incipit, defensionis 87. distinction. ubi dicit textus, quod propriæ defensionis auxilio desolati spectant ad forum ecclesiæ.

4 Ibi, Quia pupillus. Pupillus, quem appellat Augustin. tractat. 75. in Ioannem, inde dicitur pupillus quasi sine oculis, qui pupillas habent; hoc est, à parentibus orbus, & cuius parentes ante discesserunt, quam ab eis nomen acceperit. Est græca dictio ab Hispanis usurpata, & eum significat, qui caret patre; utiturque hac dictione Imperator in l. privilegia Cod. de episcop. & cleric. tradit hanc significationem. Laurent. Valla. lib. 4. elegan. cap. 33. distinguens orphanum à pupillo: quod pupillus sit, qui caret patre; est tamen in ea ætate, cui tutor datur, qui infra ætatem annorum est quatuordecim, si masculus; duodecim, si fœmina, qua ætate

finitur iure cōmuni, sive sit in potestate patris, l. final, §. si pupillus ff. de verbis. significat. & l. infans, §. pen. C. de iure deliber. sive quasi deducta vox à puppo, id est, puero, & minore. Apud Iurisconsultum in l. pupillus, ff. de verborum signific. accipitur pupillus pro eo, qui cum impubes est, deficit in potestate esse patris, vel morte, vel emancipatione; ita etiam Paulus de Castro apud Rolandum consil. 76. Vide Covar. practicar. cap. 6. num. 2.

Sed in quo sensu accipiatur pupillus in ordine ad privilegium, in hoc cap. ei concessum, tanquam miserabili personæ declarat Covar. practicar. capit. 6. numer. 2. Nos, inquit, hac in parte pupillum intelligimus eum, qui simul sit pauper orbatus, & minor pupillaris quidem aetatis, quod notat Cynus in l. Orphanotrophos ad fin. C. de episcop. & clericis Alberic. in l. unica, colum. 1. praxis vero hoc privilegium recipit etiam in minore vixi quinque annis, qui patre sit orbatus. Nam & Regia l. 14. titul. 2. lib. 3. leg. 1. titul. 1. eo lib. ordi. l. 20. titul. 23. l. 41. titul. 18. & l. 5. part. 3. Orphano simpliciter tribuit hoc privilegium, non distinguens eius aetatem; quæ tamen necessario distinguenda est ad eos annos, in quibus alieno ductu, & consilio vivendum est. Sed adverte quia statutum præjudiciale generaliter loquens ex mente verisimili non comprehendit pupillos, quia quavis pupilli comprehendantur sub statutis, id tantum locum habet, quando par ratio militat inter minorem pupillum, & maiorem, alias secus. Bald. consil. 135. numer. 4. in fine, vers. quarto quis lib. 3. quem refert, & sequitur Tusculus tom. 6. Inter P. conclus. 976. numer. 2. Multa alia de pupillis apud D. Iodocum Hederium in lib. qui inscribitur patrocinium pupillorum.

Ibi, Etiam divinitas iussit impendi. Quinimo Plato II. de legibus, scribit colli Deos ab ijs maximè, qui orbitatis pupillorum sensus habent. Vnde Adrianus Papa. VI. symbolum sibi sumpsit; Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor; Ut patet in sacris eloquijs Psalm. 10. numer. 18. Iudicare pupillo. Psalm. 145. numer. 9. Dominus custodit aduenas, pupillum, & viduam suscipiet. Eccles. 4. numer. 10. In iudicando esto pupillis misericors, & pater, & capit. 35. numer. 17. Non despiciet preces pupilli. Idem habetur alijs in locis verum ita, ut causas eorum, qui solent, expediamus, nec tamen aliquid miseræ conditioni contra ius demus, quod apud Isaiam præcipitur capit. 1. vers. 17. 23. Iudicare pupillo Chaldaice habetur iudicare iudicium eius.

C A P.

CAP. Quisquis. III.

SUMMARY.

- 1 Cognoscit iudex ecclesiasticus de omni causa inter laicos, quando index secularis non vult iustitiam facere, vel negligit, vel est absens.
- 2 Debent ecclesia prelati omnibus subvenire.

IN text. ibi, Sperat sibi remedia.

Data negligentia iudicis, potest iudex ecclesiasticus procedere contra laicos in casibus, in quibus alias non posset modo sit negligens, & requisitus non exhibeat iustitiam. Covar. practic. cap. 6. numer. 1. ad finem. Martin. Monter. & Cueva Aragonia, decis. 23. num. 1. Gonzal. ad Regul. 8. Chancellar. §. 2. proemij numer. 25. Bellet. disquisit. clerical. part. I. titul. de favore clericorum personali, §. 2. numer. 25. & tit. de favore clericorum Reali, §. 5. numer. 36. Cardin. Tusch. tom. 4. littera I. conclus. 442. numer. 3. & 13. & tom. 6. littera P. conclus. 41. num. 14. Carolus de Grassis de effectibus cleric. effect. 1. numer. 390. Glossa, verbo, procedere in cap. significantibus de officio delegati, ubi Hostiens. num. 4. Abbas num. 5. & Felin. num. 4. Boyer. singul. 3. num. 5. Gregor. Lopez l. 48. verbo, A dezir tit. 6. part. 1. Imo poterit iudex ecclesiasticus compellere censuris iudicem seculari, ut suo munere fungatur, Suan. de censuris disput. 20. sect. 1. numer. 14. quem refert Bellet. citatus d. §. 5. num. 38. Maximè ut peccata publica corrigantur, nam propter negligentiam iudicis inferioris devolvitur iurisdictio ad superiorem, Boyer. singulari, 1. num. 3. Peres l. 3. vers. fallit. quando tit. 1. lib. 3. Ordinam. Gaye. Gironde de privilegiorum, & exemptionum explicatione, num. 464.

2 Ibi, Prona nos convenit animositate prestare.

Debitum quidē pastoralis officij munus. Paulus ad Roman. 1. numer. 14. Gracis, ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum. Idem. 1. Corint. 10. numer. 33. Ego per omnia omnibus placebo, non querens quod mihi uile est, sed quod multis. Idipsum Christus commendat. Ioann. 21. qui cum Petrum interrogasset, Petre amas me? ilq; respondisset; Tu Domine scis, quod amo te. Non dixit Christus, inquit Chrysostomus, Abijce pecunias, ieiunium exerce, macera te laboribus, mortuos excita, dæmones abige, nihil vel

horum, vel aliorum recteque factorum in medium adduxit, sed omnibus illis prætermis, dicit illi. Si diligis me, pase oves meas: quia ut inquit Deus Chrysostomus in oratione de Beato Philogenio. Neque priorsus alia res est, quæ per inde declarat quis sit fidelis, & amans Christi, quam si fratrum curam agat, pro quo illorum salute gerat solitudinem. Neque Christus pro illa oratione infiniti valoris, quam pro Petro fecit; Ego rogavi pro te. Luc. 22. Aliam reparationem postulavit, quam illam; & in aliquando conversus confirmata fratres tuos. Nullum enim officium hoc Deo charius est. Addit idem Chrysostomus.

CAP. Divinæ. IV.

SUMMARY.

- 1 Quæ dicatur hic divina retributio, & quid denotet verbum dare?
- 2 Quæ differetia sit inter pauperem, egenum, & inopem.
- 3 Plura sunt comoda, & privilegia pauperatis.

IN textu, ibi, Divina retribu-

tionis. Explicat Glossa, quia nullū bonum irremuneratum est, nec aliquod malum impunitū. Notabis quod dare denotat initium beneficii; reddere circumscribit mensuram aequalē ijs, quæ sunt tributa; Retribuere denotat veluti alterum dandi principium, unde per tale verbum significatur aliquando debitum providentia, & curæ, quod parentes à natura habent ut illis, quos ad viam genuerunt, vivendi subsidia subministrant, quia parentum est liberis thesaurizare 2. Corinth. 12. vers. 14. at Basilius retribuendi verbum docet in scriptura, non solum in præmium aliquod boni, & malii accipi, sed etiam pro simplici largitione, retribue seruo tuo, id est, tribue. Psalm. 115. Nam nullus, prior dedit Deo, ut retribuatur illi à Deo, Esaias. 40. num. 13. & magis proprium est nostrum Deo tribi ēri retribuere; Ideo Pythagoras adorati volchet echo, flante vento, quod explicat Franciscus Georgius in problem. tom. 5. sect. 5. numer. 434. quia cum creatura facta sit Dei jubentis voce, & aspirante flatu ex ipsius ore prodierit, tunc reddit vox flante vento, quando gratia reflectetur in Deum. Sed in hoc maximè elucet Dei misericordia, ut nostra

velic esse merita, quæ sunt ipsius dona, inquit Trident. seß. 6. cap. 16. potuisset enim Deus omnino in hominū opera, tanquam obsequia sibi debita, nullo præmio pro eis dato recipere, immo gratiam postulare ex ipso met bonis operibus tanquam donis à se datis; sed dignatus est se ipsum sua largitate facere debitorem, ait Fulgentius in prefat. libror. ad Monimum, & retribuentibus sibi retribuere; Vnde Aug. serm. 16. de verb. Apostoli infert posse nos exigere Dominum dicentes, Redde quod promisisti, quia fecimus quod iussisti. Mallum autem impunitum poterat Deus relinquere, sed ex iustitia gubernativa, scilicet providentiali maluit moderari universum sub punitione delictorum, ut sic homines contineret. Quænam verò sit iustitia in infligendis pœnis, & in præmijs retribuendis. Adi Suar. tractat. de iustitia per totum.

2 Ibi, Egentium commodis. Quæ differentia sit inter pauperem, egenum, & inopem; Vide apud Alexandrum cons. 91. repetitum, num. 2. 3. & 4. lib. 7. relatum à Gonzales Glossa 2. numer. 46. & de hac differentia Lorinus in Ecclesiasten. capit. 5: vers. 7. & in Psalm. 34. vers. 10.

3 Comoda verò, & privilegia paupertatis. Vide per Archidion. in cap. pauper num. 1. 11. quest. 3. ubi cumulat. 22. privilegia; & Felic. in cap. si qui testium. 8. de testibus nu. 10. post Bald. ibidem. Gygantem in tract. de pensionibus questione. 80. per rotam Gregor. Lopez in l. 4. Glossa 1. tit. 19. part. 4. Rebuss. de privilegijs scholarium, privilegio. 90. per totū ubi etiam citati Doctores dicunt, præcipue Felic. ubi supra num. 11. procedere, quanvis si ex culpa propria procedat paupertas, Covat. li. 2. variat. cap. 16. num. fin. & multa enumerat Gonzales Glossa 2. fere per totum.

CAP. Irreligiosum. V.

S U M M A R I V M .

- 1 Iurant tutores, & curatores facere utilia pupillis.**
- 2 Debent tutores pupillorum instructionem, bonosque mores procurare.**
- 3 Tutor cum bene administrat, habetur loco patris, cum male, loco furis.**
- 4 Tutor tenetur regulariter de lata, & levi culpa, & num. 5.**
- 6 Tutor res minoris emere non potest.**

- 7 Res immobiles minoris vendi non possunt, sine decreto iudicis.**
- 8 Advocatus causas clientuli summa fidelitate debet defendere.**

IN textu, ibi, *Irreligiosum.* 1
Quia frāgit iuramentū. Iurāt enim tutores & curatores facere utilia popillis, & adultis quibus deputātur, & pretermittere inutilia ipso rū etiam res, & personas ad cōmodum, & utilitatem eorum bona fide custodire, & salvare, & administrationis suæ rationem tempore debito reddere, cum residuorum resignatione; ut tenet *Glossa Clement.* quia contingit, de religiosis dominis, notatque ibi Panormitanus; Vnde tutores, & curatores contumaces in non iurando de calunnia præjudicant pupillo, & adulto, ut contra Speculatorē probat. Seacc. de iudic. lib. 2. cap. 1. quest. 23. num. 271. & num. 288.

Ibi, Educaverit sanctitate. 2
Nota cum Rebella 2. part. lib. 17. de officio tutoris. Officium tutoris, & curatoris non tantum esse, ut bona minoris administrent, sed etiam eius instructionem, bonosque mores procurare, qua in re negligentia tanta esse potest, ut mortalis culpa sit, iuxta Navar. cap. 25. numer. 67. Nec solū bonos mores, sed etiam instructionē procurare tenetur, iuxta ipsius pupilli qualitatem, ut patet per l. complures, & tutor ff. de admitt. tutor, aliasque leges.

Ibi, Ultra latrocinium. 3
Notat Panormitanus cap. cum venerabilis de except. num. 5. quod tutor cum benē administrat, habetur loco domini, sed cum male loco furis, l. qui fundit, & si tutor, ff. pro emptore, & ut ait Petrus Valenderanus in comment. de privileg. creditor. cap. 6. in principio. Tutor, qui contra quam postulavit æquitas, res pupilli administrat, infamia notatus est l. 1. ff. de his, qui notantur infamia. Quia propter à Ciceron. pro Q. Roscio Comedo; inter privata iudicia summa existimationis relatam esse tutelam videmus; si qua sunt ita, (inquit) privata iudicia summa existimationis, & pene dicam capit. tria hec sunt, fiducia, tutela, societas, aquæ enim per fidiosum, & fidem frangere, que continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit, & socium fallere, qui se in negotio coniunxit.

Ibi. Quod eos bonisculis parentum reliquit extores. 4
In administratis bonis minoris, tenetur regulariter tutor (& idem dicendum de curatore) de lata, & levi etiam culpa, ut determinat l. quicquid 7. C. arbitrium tutela, & tradunt ibi, *Glossa,* & Doctores communiter sylvest.

Sylvest. verbo, restit. 3. q. 8. dict. 3. **Rebellus** de obligat. iustit. 2. p. lib. 17. de officio tutoris, & curatoriis, quæst. unica, num. 17. **Valasc.** in praxi partit. cap. 8. num. 18. cum **Salicet.** **Odofred.** **Des.** **Cagnol.** **Garcia,** & alijs. Quæ autem dicatur culpa lata, levis, & levissima, **Peres ad l.** 5. **Ordinam.** pag. 211. **Conan.** comment. iuris civilis, lib. 7. cap. 4. à num. 7. **Brunor.** à Sole in locis commun. verbo, culpa, 2. **Molin.** de iust. tract. 2. disp. 293. num. 4. **Sayr.** in clavi Regia, lib. 10. **Surd.** decis. 87. num. 8. & decis. 198. num. 16. **Fartin.** in praxi crim. quæst. 88. num. 53. & sequentibus.

Diximus, regulariter, iuxta Glossam 2. l. Romanas, Cod. arbitrium tutela; quia non negandum; quin si nullus esset futurus alioquin tutor, & curator, & pariter quis absq; ullo pretio tutelæ administrationem gereret, non nisi de dolo, & lata culpa esset obligandus, & ita l. 2. Cod. si tutor, vel curator; præterea tutor, & curator non est obligandus, nisi de dolo, lataq; culpa, quando ita testamentarius tutor, curator, vè est, ut testatur, præsumperit de lata tantum culpa, aut etiam de nulla cum obligandum esse, iuxta l. Quidam decedens, ff. de administr. tutor. præterea in exequend. seu exigendis nominibus debitorum, tutor, seu curator, non nisi de dolo, & lata culpa tenetur, iuxta l. cit. Roman. & tradunt ibi **Glossa Salicet.** & alijs. Deniq; si quoad emenda prædia, seu stabilia bona negligens fuerit etiam dumtaxat de lata culpa, dolo vè tenetur, iuxta l. Tutor qui, Repertorium, ff. de administr. tutor. tenetq; **Rebellus** citatus, legendus etiam **Valascus**, ubi supra.

Ibi, Alia retinendo. Quavis tutor, & curator iustum premium suæ administrationis exigere possint, ut ostendit, & probat **Rebellus** 2. p. lib. 17. de officio tutoris. Tamen res minoris, sive tales sint, quæ sine decreto iudicis vendi non possint, sive non, emere non potest tutor, aut curator, neq; persona illi subiecta, qualis est filius, aut uxor: alioqui emptio est ipso iure nulla, & punitur solutione quadruplici, l. Non licet, & l. Si emptione, 23. tit. 11. lib. 5. nova collect. legum Castelle, iuncta l. 4. tit. 5. part. 5. & tenet Ord. Luis. lib. 1. tit. 87. §. 29. quæ etiam intelligenda vult. **Molin.** disp. 488. de conductione eorumdem bonorum, cum sit eadem ratio.

Ibi, Alia contra leges, & iura vendendo. Res immobiles minorum, & quæ cum immobilibus compitantur, ut ius ad annuos redditus, alienari non possunt, sine decreto iudicis à quo oblata, nac probata prius coram illo legitima causa, ut id fiat, decernit, ut vendantur, aut alio modo alienentur; contractusq; & alienatio aliter facta, sunt ipso iure nulla; ut probat **Molin.** disput. 224.

§. Res, & idem est de rebus mobilibus pretiosis, ut de genitinis, vasis aureis, & argenteis, mancipijs, & alijs similibus; ut habetur l. Lex quæ, Cod. de administr. tutor. vide multa de hac materia apud **Molin.** citatum.

In Gloss. verbo, Non omni, ibi, Clientulos non defendunt. Docet **Glos.**

quod advo- catus causam clientuli, summa fidelitate debet defendere, de quo **Gregor.** **Lopez in proœmio**, p. 3. tit. 6. quem refert, & lequitur **Suar.** de **Paz**, an praxi, p. 1. in initio, annotatione 5. fol. 16. num. 45. ubi nostræ **Glossæ** meminit. Quare si advoca- tus iura, & arcana sui clientuli adversæ parti revelaverit, mortaliter peccabit, & ad refar- tionem damni tenebitur, ut probat **Glossa penalt.** & ibi **Iason.** num. 15. in l. Si procurator, Cod. de pro- curatorib; resolvit **Navarr.** in **Manual.** cap. 25. nn. 29. & incidit in pœnam falsi, iuxta textum, & ibi **Bart.** in l. si quis aliquid, in 2. §. **Instrumenta**, ff. de pœnisi.

CAP. Eos qui. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 **De multiplici immunitate ecclesiae, & quo iure introducta.**
 - 2 **Quænam ecclesiae propria immunitate gaudeant?**
 - 3 **Quæ personæ gaudeant propria ecclesi- rum immunitate?**
 - 4 **An infidelibus valeat hæc immunitas?**
 - 5 **An heretici gaudeant hæc immunitate?**
 - 6 **In quibus casibus valeat templorum im- munitas, & in quibus non?**
 - 7 **Quod crimen, & quæ pœna iudicis reum extrahentis ab ecclesia?**
 - 8 **An liceat ecclesiasticis personis armis uti, ad defendendum confugientem ad ecclesiam?**
 - 9 **Quis interim præhabit ei alimenta?**
 - 10 **Servo non solum conceditur immunitas respectu iudicis, sed etiam respectu domini.**
- I**n extu, ibi, Ad ecclesiam con- fugerint. De multiplici immunitate ecclesiastum, & presertim quoad tuitionem delinquentium, & quo iure introducta sit, latè differit **Suar.** tom. 1. de religion.

lib. 3. cap. 8. Comitolas lib. 1. respons. moral. quest. 92.
93. & sequentibus. Gabriel Pereira de manu Regis,
2. p. cap. 50. Hieronym. Albanus Cardinalis. Ioannes
de Vischis, Reinigius de Gonnis in tract. de immuni-
tate ecclesiast. & de personis confugientibus ad
eas; referuntur tom. 13. tract. iuris, in impressione
noviori; eleganter, & late Ludovicensis Correa in reper-
tit. cap. Inter alia de immunit. eccles.

2 Sed rogabis, quānam ecclesiæ propria im-
munitate gaudeant? Latè de hac materia Suar.
citat. cap. 9. ubi resolvit, & probat primò gau-
dere hac immunitate ecclesiast. authoritate
episcopi fundatam, & consecratam, seu bene-
dictam. Secundò ecclesiast. non consecratam,
nec benedictam, si obsequijs divinis dicata sit,
& in ea divina mysteria celebrentur, & etiam si
in huiusmodi ecclesia divina officia nondum
ceperint celebrari. Tertiò, quamcumq; ex di-
ctis ecclesijs, quanvis interdicta sit, vel pollu-
ta, & nondum reconciliata. Quartò, gaudere
hac immunitate cœmeterium. Quintò. Hospi-
tale authoritate episcopi dicatum; & idem te-
net de religiosorum monasterijs quoad totum
claustrum monasterij, seu habitationem eorū.
Sextò. Palatum episcopi ubicumq; sit situm.
De privatis oratorijs aliter dicendum, non gau-
dere scilicet hac immunitate. Iura, & Autho-
res, quibus hæ resolutiones probantur, vide
apud eundem Suarium.

3 Ibi, Eos, qui ad ecclesiast. Si que-
ras, que
personæ gaudeant propria ecclesiast. immu-
nitate? Lege Suar. lib. 3. cit. cap. 10. ubi latè de
hac quæstione differit, & generaliter dicit, gau-
dere hac immunitate omnes fideles baptiza-
tos, exceptis casibus, in quibus illa negatur,
qui videri possunt apud eundem Doctorem, &
Gabrielem Pereira, 2. p. cap. 50.

4 Quæres an infidelibus valeat hæc immu-
nitas ecclesiast? Affirmat Gloß. cap. Inter alia, ver-
bo, Extrahendus, quam ibi sequuntur Hostiens. Io-
ann. Andr. & Tiraq. tract. de primogen. q. 66. num. 8.
& plures alij per eum relati, & per Covar. cap.
20. num. 11. Negat Glossa in l. 1. Cod. de his, qui ad
ecclesiast. configiunt, quam veriorem existimavit
Abb. d. cap. Inter alia, num. 6. & plures alij, quos
refert, & sequitur Covar. d. num. 11. qui solam
hoc probat; quia non est par ab ecclesiast defendi
eum, qui eius gremio, tutelæ, & fidei com-
mittere se ipsum recusat; quam rationem dicit
Suar. lib. 3. cap. 10. citato, non multum convi-
cere; unde utitur ibi quadam distinctione, quā
vide. Non gaudere tamen hac immunitate
Maorium, Iudæum, aut quemlibet alium infi-
delem, nisi in casu, in quo statim fiat christia-
nus; tenet Ordinat. Lusit. lib. 2. tit. 5. num. 1. Ga-
briel Pereira in manu Regis, 2. p. cap. 50.

Quæres secundò. An hæretici gaudeant
hac immunitate? Negat Covar. cap. 20. num. 11.
& citat Villarieg. tract. de hæret. q. 11. num. 15. &
alios. Affirmat Sylvester, immunitas 3. q. 3. §. Se-
cundum, ubi dicit hæreticum gaudere hac im-
munitate, quantum ad alia maleficia ab hære-
si, & hanc Sylvestri sententiam ita explicatam,
tenet Suar. citat. num. 13.

Ibi, Loci sancti reverentia, &
intercessione defendi. Si quæras in qui-
bus casibus valeat
templorum immunitas, in quibus non? Lege
Suar. tom. 1. de religion. lib. 3. cap. 11. & 12. ubi la-
tè de hac re. Lege etiam Ordin. Lusit. lib. 2. tit. 5.
& Gabrielem Pereira, supra citatum.

Sed petes quale crimen committant, &
quam pœnam incurvant iudices reos ab ecclæ-
sijs extrahentes? Certum in primis est, in ca-
sibus à iure exceptis, nullum esse peccatum ex-
trahere per vim fugienti ad ecclesiast. absq;
ulla facultate pastorum ecclesiæ; ita Covar. cum
Guidone Papa, & Gullielmo Benedicto, quos refert,
& sequitur Suar. lib. 3. cit. cap. 15. Secundò cer-
tissimum est, grave sacrilegium committere
iudicem, qui reum extrahit ab ecclesiast per vim,
& contra ecclesiast. immunitatem, ut cum D.
Thom. docet idem Suar. qui ex hoc cum multis
probat, teneri sæcularem iudicem ad restitu-
endum ecclesiast cum, quem ita extraxit. Si quæ-
ras, an iudex propter dictum sacrilegium in-
currat aliquam pœnam? Suarius citat. docet, le-
ge civili impositam esse gravissimam pœnam,
sed non esse in usu. De iure autem Canonico
dicit nullam censuram inveniri in iure latam
ipso facto, propter hoc crimen. Addit tamen
cum Sylvestr. debere iudicem sic delinquentem
excommunicari; sed intelligendum esse non
absolutè, sed sub conditione, nisi ecclesiæ sa-
tisfaciat, & reum restituat.

Ibi, Defendi. Quæstio esse potest, an
liceat clericis, vel ec-
clesiasticis personis sumere arma, & illis activè
uti ad defendendum confugientem ad eccle-
siast? Et ratio dubitandi est, quia interdum ita
fit, & videtur ecclesiast uti iure suo, ex illo prin-
cipio, quod vim vi repellere licet. Negat id
sieri debere Covar. cum alijs, relatus à Suario,
non tamen declarat an possit. Suar. cap. 13. num. 5.
afferit, personis ecclesiasticis per se hoc non li-
cere; quia clericis prohibitum est sumere ar-
ma sine speciali dispensatione, quæ in hoc ca-
su non conceditur, nec regulariter necessaria
est. Possent tamen interdum pastores ecclesiæ
uti auxilio laicorum ad ecclesiast defenden-
dam. Sed hoc, inquit Suar. rarissime expediet,
quia sequi possunt magna scandala, quæ maioris
momenti

momenti sunt, & magis vitanda, quām unius ecclesiæ violatio.

Dubitabis, quando quis habet immunitatem in ecclesia, ut extrahi non possit, quis interim præstabit ei alimenta? *Textus in l. Præsentia, §. fin.* dicit quodd ecclesia; & ita determinat *Glossa*, & per illum textum in *d. cap. dissimilis*, & tenet *Bart. in Ambent. de mandat. Principum, §. Sed neque, num. 6.* Nam ecclesia alit delinquentes, qui ad eam confugiunt, *Boer. decis. 303. no. 3. Lata in l. Si quis à liberis, §. Solent, num. 46. ff. de libert. agnoscend. Surd. de alimento. tom. I. quest. 73. à principio.*

Ibi, Mancipijs ad ecclesiam confugientibus. Notat *Suar. de immunitate ecclesie, cap. 10. num. 2.* quod servus non solum conceditur immunitas respectu iudicis, si delictum commisit, propter quod possit publicè puniri, ut conceditur homini liberō; sed etiam respectu domini, si solum ita deliquit, ut privatim ab eo puniri possit; quod habetur etiam *17. quest. 4.* Est autem servus fugiens ad ecclesiam ex timore domini, compellendus redire ad dominum, postquam dominus de servi impunitate clericis iuramentum præliterit. *Navarr. in Manual. cap. 25. num. 19. Covar. variar. lib. 2. cap. 20. num. 14. vers. His susseagatur. Mascard. de probat. conclus. 533. Soares de Paz, part. 5. cap. 3. num. 153. Gutierr. lib. I. q. I. num. 31. & 18. Anast. Germon. cap. 16. num. 55. lib. 3. de factor. immunit. Cardos. in praxi iudicium, verbo, servitus, num. 69. frat. Raphael de la Torre, disp. 7. prope fin. Guido Panciroli. in thesaur. variar. lect. lib. 2. cap. 182. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 9. quest. 9. in fine, vers. Quid dicendum est de servo. Ludovic. Rodolphin. quest. variar. lib. 2. quest. 36. num. 11. Imò quoties prudenter timetur morale periculum de gravi documento servi, non obstante iuramento, cogendus est dominus maiorem cautionem adhibere, vel certe servum vendere, ut Panormitanus ait, quem sequitur *Sharius ciatis.**

CAP. Libertos. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Libertus est, qui cum esset servus factus est liber.*
- 2 *Libertatis datio non inducitur ex verbis enuntiativis, sed tantum ex dispositivis.*
- 3 *Causa libertatis est causa pia.*
- 4 *An causa libertatis sit cuilibet alijs pie causæ preferenda? & num. 5.*

IN textu, ibi, *Libertos.* Libertus est, qui cū esset servus, factus est liber. Libertus, qui apud Romanos anulo donatus erat, velut ingenuus censebatur vivens, ita ut haud secus, quām qui vis liber, magistratus, & honores gerere, & reliqua ingenuorū munera obire posset, eratq; constitutum, ut qui libertus anulo donaretur, explosō veteri nomine, equestre assumeret; lege *Alexand.* ab *Alexand.* genialium dictum, lib. 2. cap. 19.

Ibi, Legitimè à dominis suis factos. Quæstio est sæpe in Senatu incidens, ut testatur *Cabedus decis. 186. num. 1.* An, si testator adhuc vivens non verbis dispositivis, sed tanū enunciativis, & ex urbanitate, vel ex adulacione potius, quām ex voluntate probatis, libertatem donet, inducatur datio libertatis? Putā cum dixit, se pro libera habere ancillam, & liberam post mortem suam relictum (si liceat ei testari eo tempore, & cum voce mori?) In hac quæstione decimum fuit in Senatu libertatem datam non videri, male enim agitur cum dominis servorum (ut alijs dicit Imperator) si tanta servis prærogativa deferatur, ut ex verbis obiter prolatis, & absque ulla manumittendi voluntate iuri suo detrahere intelligantur. Quare libertas competere non potest, nisi ex verbis vulgaribus, & quibus evidenter dantis voluntas exprimatur, *l. Libertates, ff. de fidei commissar. libertat.* Verba enim adulacionis, vel iactantiae non inducunt dispositionem, *textus ubi Doctores in l. Generaliter, ff. de usu fruct. l. Obligationum substantia, §. 1. ff. de aſſig. & obligat. facit l. 1. ubi Bart. ff de testam. præsertim quia, nec promissio à domino facta servo, illum obligat, l. Interpositas, in fin. Cod. de transact. l. Cum affīmēs, Cod. de liberali cauſa; lege Cabedum citatum.*

Ibi, Ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur. Est enim causa libertatis, causa pia, ut notat *Bald. in l. 1. §. Sui autem uno, infra de commun. serv. manuſſ. & ibi communiter Doctores, & in l. penult. infra ad Senatusconsult. Vellean. ut per *Sarmient. lib. 2. selectar. interpret. cap. 7. num. 35. vers. Præterea, & probat latè Ægyd. Lufitan. l. 1. Cod. de sacro sanct. eccles. 3. p. §. 2. de libertate, cum Ias. Everard. Alex. Dec. Covar. Tiraq. & alijs. Quo sit, ut si hodie libertas relinquatur, etsi legibus voluntas subnixa non sit, valeat tamen, ut probat idem Ægydus.**

Adeo autem libertatis causam favorabilem quidam existimarunt, ut cuilibet alijs piæ cause eam præferrent, cuius opinionis non paucos, nec parvæ authoritatis viros retulit *Tiraq. in prefat. pia cause, pag. 11. vers. Quin etiam videtur, & in*

& in l. Si unquam, verbo, donatione largitus, nam.
329. cum sequentibus, Cod. de revocand. donat.
idq; non levi ratione probare videbantur, de-
ducta ex regula, si vincere vincentem te, à fortiori vin-
cam te, l. de accessionibus, ff. de divers. & temporal.
præscript. Quoniam pīe causæ legatum filiorum
legitimum nunquam minuit, ut in cap. Qui nūq;,
17. quæst. 4. Authent. si qua mulier, ubi notant Do-
ctores, Cod. de sacrosanct. ecclesis; & tamen libertatis
legatum non solum minuit filiorum legitimi-
mam, sed etiam aufert in totum, ut notant omnes per textum ibi, in l. Papianus, §. Quarta
autem, ff. de inofficio testam. unde libertatis lega-
tum ipsa legitima favorabilius esse, evidenter
colligitur, ut notat Fulgos. nu. 3. & Paul. qui hoc
mirandum dicit in dict. §. Quarta autem, num. 4.
quod tamen ibi Glossa, & communiter Docto-
res, ut constat ex Paulo d. num. 4. & Tiraq. locis
supra citatis, existimant esse correctum p. Au-
thent. de Triente, & semisse, §. Prohibemus, collat. 3. &
Egyd. 3. p. §. 2. C. sacrosanct. latè probat non esse
veram conclusionem, quam probant Doctores,
ex d. §. Quarta autem, legitimam scilicet p. libe-
rtates minuit, aut tolli, quia nulla, inquit, ratio pe-
tit, ut quodd parens gravitate præstuit naturali,
& civili iure debitum tollere, aut minuere pos-
sit: de hac quæstione agit copiosé Valasc. con-
sult. 67. num. 3. & 4. item Cald. ad l. Si curatorem,
verbo, lēsis, num. 158.

5 Imò addit citatus Egydius non semper, &
indistinctè libertatis causam alteri pīe causæ
præferendam esse, cum magis conveniat pie-
tati, in pijs causis, pro ea consulere, & iudica-
re, cui subeundæ servitutis æternæ periculum
imminet. Vnde, inquit, si in proposita quæsti-
one, captivorum redemptio cum servorum
libertate concurreret, illorum potius, quām
istorum causam eligerem, tam propter aspe-
rius servitutis iugum, quod apud infideles pa-
tiuntur, quām, & præcipue, propter infidelium
conversationem scandalis, ac periculo plenam,
& animarum saluti admodum perniciosa.

CAP. Liberti. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Manumissus qui dicatur, & quare?
- 2 Libertas concedi nequit pro tempore de-
terminato, sed semel concessa, est
perpetua.
- 3 Servi in aliquibus eventibus sibi ipsis
acquirunt.

1 IN textu, ibi, *Manumissi*. Manu-
mittere, est de servo liberum facere, libertatem dare,

Erat enim mos in manumissione, ut dominus
caput, aut aliud mem. bruni servi tenens, dice-
ret, hunc hominem liberum esse volo, & mittebat
eum, è manu. Alex. ab Alexander lib. q. genial. di-
rum, cap. 10. ait fuisse antiqui nō otis, ut qui à
servitute in libertatem vocabatur, raso capite
ad prætorem intraret, apud quem bis, terq; ca-
put percussus, vel per lictorem percuti iussus,
virgula, quæ vindicta dicta est, aut festuca in
eum iacta, cum eum vertisset dominus, præto-
ris iussu servitute eximeretur: quiq; liberta-
tem eo modo nactus fuerat, manumissus vindic-
ta dicebatur: quo genere manumissionis li-
bertatem una, & civitatem Romanam asseque-
batur. Additq; apud Romanos libertatum tri-
plices fuisse species, nam pleriq; manumissi, li-
beri, simul, & cives Romani erant, quæ maior
libertas, & ex vindicta appellatur; alij testame-
to, vel a de sacra, aut ante Consulem. Nonnu-
li censu siebant liberi, quo genere manumis-
sionis etiam civitatem Romanam assequeban-
tur. Illud etiam addendum, quod notat Egyd.
Lusit. 6. p. §. 3. nu. 8. C. sacrosanct. Manumissum
novum hominem dici in l. si servus, §. ult. in fin.
ff. de adimend. legat. & tenet Cald. ad l. Si cura-
rem, verbo, lēsis, num. 158.

Ibi, In statu libertatis eorum.

Hinc colligitur, quodd libertas concedi nequeat
pro tempore determinato, sed semel pro quo-
cumque tempore concessa, sit perpetua, ut ex-
pressè habetur in l. Libertas, 31. alias est 32. iun-
cta l. Ideo, 34. alias est immediatè sequens, ff. de
manumissionis testam. ibi. Libertas ad tempus dari non po-
test, ideoq; si na scriptum fuit. Stichus usq; ad annos
decem liber esto. Temporis adicō supervacanea est; &
Glossa ca l. verbo, supervacanea est, ait, illam iō-
poris adicō supervacaneam esse, libertate suum effectum fortiente; & huius ratio
est, quia libertas semel data revocari non po-
tent, l. Etsi sine dolo, 8. §. Quod Papianus, ff. de mino-
ribus, & probat Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 19.
num. 3. qui ex hoc colligit contra Solum, &
alios valere matrimonium liberi cum ancilla,
cui pro certo tempore donata est libertas; quia
ancilla illa est iam omnino, & perpetuo libera,
ut constat ex dictis.

Ibi, In peculio. Nota quodd licet servi
regulariter quidquid
acquirunt, dominis acquirant; ut iura præscri-
bunt; in aliquibus tamen eventibus, qui videri
possunt apud Molinam disput. 38. sibi ipsis acqui-
runt, verumq; dominium comparant. Neque
hæc cum iure Cæsareo repugnat, quin potius
illis suffragatur, dum manifestè docet, servos
interdum habere bona sua propria, posseq; illis
bonis initio pactum validum cum dominis suis;
etenim in l. i. §. Servos. ff. de offic. præfeci urbis, inter
alia, de quibus dicitur sum posse cognoscere;

hæc verba habentur. Servos, qui sua pecunia emporis, ut manumittantur, de dominis quarentes audiet; & in l. Vix, ff. de iudic. inter alios eventus, in quibus permittitur servis agere in iudicio cum domino suo, his verbis cōnumeratur. Sed eis, qui suis nummis redemptos se, & non manumissos, contra placiti fidem aſſeverant. Quare iura, quæ docent, servum, non sibi, sed domino acquirere, intelligenda sunt regulariter, & quando aliunde contrarium non constat, ut notat Molina citatus.

CAP. Si expositus. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Filii expositi censemur legitimi.
- 2 An sint capaces sanctæ Inquisitionis?
- 3 Inter miserabiles personas computantur.
- 4 Quorum expensis debeant lactari?
- 5 Expositis nutrientis locum adificavit Traianus.
- 6 Infans expositus, & servus agrotus habitus pro derelicto, libertatem consequuntur.
- 7 Servus sanus habitus pro derelicto, quādo consequatur libertatem?
- 8 In dubio non præsumitur dominus habere servum pro derelicto.
- 9 An habeatur pro derelicto servus pro causa capitali incarcерatus, quem dominus non defendit?
- 10 Exponens filiam tenetur illam dotare.
- 11 Expositus occidens patrem non tenetur criminе parracidiij.
- 12 Quod limitabis.
- 13 Parentes expositorum, an teneantur ad sumptus nutritionis?

IN textu, ibi, *Expositus*. Communi-
niq[ue] fert sententia filios expositos censi legitos
ordinum, successionum, ac hæreditatum
capaces, de quo late controvertunt Vivaldus in
Candelabr. p. 2. tit. de irregularitate ex illegitimitate,
num. 120. & sequentibus. Felin. in cap. Cum de-
putat. num. 10. de iudic. Bernard. ex praxi, cap. 14.
ubi Additio littera C. ad fin. Maiolus de irregularitat.
lib. 1. cap. 11. Paleolus de Notbis, & spurijs, cap. 63.
ubi num. 4. agit de Cyro, Moysè, & alijs ex-
positis legitime natis, Menoth. de præsumption. lib. 6,

quest. 54. &c de arbitrat. casu 396. Covar. in Clem.
Si furiosus, p. 1. num. 9. Suar. de censur. disput. 50.
secl. 4. à num. 2. Mascard. de probat. conclus. 399.
Gironda de privilegiorum explicazione, num. L441. Ste-
phan. Gratian. discept. forens. cap. 135. à num. 31. &
cap. 267. num. 22. Cenedo ad Decretum Collectan. 63.
num. 3. quia in dubio standum est pro legitimitate.
Puteus lib. 3. decis. 2. Peregrin. de fidei cōmisit,
art. 43. num. 71. Campanile diversor. iuris Canonici,
tabr. II. cap. 13. num. 157. & sequentibus, ubi
num. 158. nostrum textum vocat singularem.
Sed iam hodie hæc disputatio videtur cessare,
quia sanctissimè statuit Gregorius XIII. in Bulla
auni Domini 1591. ut expositi irregulares non ha-
beantur; refert Henr. in summa, lib. 11. cap. 20.
§. 3. in fine, & lib. 14. cap. 8. §. 10. in Commentar.
littera L.

Sunt tamen expositi incapaces sancte Inqui-
sitionis, ecclesiarum, collegiorum, ubi sunt
statuta requirentia qualitatem nobilitatis, &
puri sanguinis, & alia huiusmodi. Lara de an-
niversarijs, & capellanijs, lib. 2. cap. 4. num. 37. Gi-
ronda de privilegiorum explicazione, num. 1443. Gra-
tian. disceptat. forens. tom. 2. cap. 267. num. 26. quia
licet in dubio boni præsumantur: hæc præ-
sumptio nihil operatur, nisi probetur, quando
certa qualitas ab statuto requiritur, quia non
sufficit, quod qualitas ad sit præsumptivæ. Cra-
vet. cons. 225. Roland. cons. 8. num. 56. vol. 1. qui
plures refert. Tyberius Delian. cons. 23. vol. 1. Ma-
tienzo lib. 1. recopilat. tit. 4. Glossa 5. num. 12. Bap-
tista Laderchius cons. 12. num. 1. citat alios Lara d.
cap. 4. num. 38.

Infantes expositi inter miserabiles perso-
nas computantur, ut ex nostro textu tradit Pe-
ter. lib. 3. Ordinam. tit. 1. l. 1. Glossa 3. pag. 493.
vers. Item infantes, adducens textum in l. 1. &
2. Cod. de infantibus expositis, & refert Bartolom de
se dicentem, quod ipse fuit expositus, in l. Quidam cum filium, 132. num. 8. ff. de verbis obligat. Sed
fallitur Peter manifeste, quia ibi Bart. tantum
dicit se habuisse magistrum, qui illum primas
litteras docuit, qui vocabatur frater Petrus de
Assilio, & postea, de Pietate sic dictus, qui lo-
cum Venetijs erexit, qui domus pietatis voca-
batur; ubi infantes expositi nutriendi recipie-
bantur. Pergit Bart. extra ostentationem com-
memorans vitam, & studiorum suorum pro-
gressum, dicentis, quod 14. etatis sua anno sub
Cyno, in civitate Petusij incepit legib[us] stude-
re; in 20. anno Bononiae disputavit; & in 21.
doctoratus fuit. Prosequitur latissimè Ias. in d.
l. Quidam cum filium, num. 33. usq[ue] ad num. 42. ubi
multa de laudib[us], & confutatione Bartholi.

Infantibus expositis præstantur alimenta
ab ecclesia, vel eius Rectore, ut tradit Abb. in
cap. 1. num. 3. de infantibus, & languidis expositis.
Jacob. de sancto Georgio, in l. Heres absens, §. Si quis
tunciam,

satellam, num. 45. ff. de indic. sequitur Anton. Sola in tract. de capiendis debitoribus pro causa civili, p. 3. Glossa unica, num. 8. Hoc tamen intelligendum, quando in civitate non est constructum hospitale pro lactatione horum infantium; tradit Petrus Munhos de Escobar, de ratiocinijs administrandis, cap. 25. num. 45. post principium. Vbi vero non sit hospitale ad hoc destinatum, Regijs expensis, vel domini loci debent lactari, ut per Bald. in l. Si qua illustris. Cod. ad Senatus consult. Orphicium; ex ea ratione, quia sicut illorum vulgo quæsitorum iure hereditas Regi pertinet, ex l. Cod. de bonis vacantibus, ita consentaneum rationi videtur, quod ipsius expensis lactentur, quando fortunæ arbitrio expositi reperiuntur; argumento textus in l. Quo tutella, ff. de regul. iuris. Est enim secundum naturam, ut quem sequuntur commoda, incommoda etiam sequantur Petrus Surdus de alimento. tit. 1. quest. 81. num. 1. & 2. Idem Munhos de Escobar d. num. 45. Adde Anton. Thesaur. decis. Pedam. 118. qui dicit æqualiter Regi, episcopo, & Reipublicæ horum infantium nutrimentum pertinere.

5. Olim expositis nutrientis locum ædificavit amplissimum Traianus in monte Celio, ut refert Sabellicus in eius vita, quem multis possessionibus dotavit, & ad columnam lactearcam Sospitæ Iunoni dicatam in foro Olitorio exhibebantur infantes, qui lacte alendi deferebantur, ut refert Franciscus Munhos de Escobar, de ratiocinio administrand. d. cap. 25. num. 46. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 267. num. 9. & 10. de qua columna meminit Festus Pompeius lib. 10. Alex. ab Alexandr. Genialium dierum, lib. 2. cap. 12, vers. Quintum fuit, & ibi Tiraq. littera F. Raynerius lib. 1. coniect. cap. 17. pro ut illum refert Solozanus de parricidij criminis. cap. 5. ad medium.

6. In textu, ibi, Ponat epistolam. Tenent Azor inst. p. 2. lib. 2. cap. 26. quest. 1. Menoch. de arbitrar. casu 396. nu. 11. Sard. de alimento. tit. 4. quest. 18. num. 2. & iii. 8. privileg. 63. num. 4. & privileg. 64. num. 2. cum sequentibus. Paleoth. de nothis, & sparijs, cap. 63. num. 6. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 267. à num. 1. Quod si dominus, aut aliis, consciente, nec contradicente, infantem exponat, aut expositionem, se inscio, factam approbet postea: eo ipso talis infans manet liber. Item si servum ægrotum exponat, aut illi deneget alimenta necessaria, habetur pro derelicto, consequiturq; eo ipso libertatem; neque qui illum suscipit, curam vè illius habet, ius in talen servum acquirit; hæc definita sunt cap. Vnu de Infantibus, & languidis expositis, l. 2. & 3. Cod. eodem tit. l. ult. ff pro derelicto, & l. Vnica, §. Sed scimus, Cod. de latina libertate tollenda; tenetq; (præter Molin. de iustitia, disp. 38. & Glossa hic) Cabed. decis. 186. num. 6. & 7. Peccaanti parentes, qui filios exponunt si eos alere,

& nutritre commodi possint; ita Azor inst. mo-
ral. p. 2. lib. 2. cap. 26. quest. 2. Henrig. in summa,
p. 2. lib. 11. cap. 19. §. 3.

Sed quid dicendum de servo sano habito pro derelicto à domino, nunquid consequitur etiam libertatem? Respondetur quod sic; quod tamen intelligendum est, si ipse prius se ipsum occupat, & in libertatem afferit, gerendo se p libero, ex Glossa 1. & ibi Salicet. in l. 1. §. Sed scimus, Cod. de latina libertate tollenda. Nam si, vel prior dominus, vel alius illum prius occupet, fit prius occupantis, ut tenet illa Glossa, Salicet. & alij ibi, & probat citatus Cabed. num. 3.

Notandum autem est, quod in dubio non p̄sumitur dominus habuisse servum pro derelicto, quia nemo p̄sumitur iactare suum, Glossa, verbo, plerūq; l. Falsus, §. Si iactum, ff. de furnis, tenetq; Cabed. num. 4. unde oportet hec dignoscere ex modo iactandi, aut relinquendi, ut docuit Glossa in l. Quilleranda, ff. ad l. Rhodian de iactu, & Glossa l. l. 2. §. Res autem, ff. eodem titulo.

Quæres, an habeatur pro derelicto servus, quem pro capitali causa captum, & occupatum in carceribus demissum dominis non cedens? Respondetur, quod non. Nam si postea est absolutus, non fit liber, sed ad eiusdem domini potestatem, ac domini revertitur, textus in l. Servus, ff. de statu hominum, l. Sciendum, ff. de publicis iudic. & tenet Cabed. decis. 186. nu. 8. quem lega num. 9.

Licet enim pater filium exponens amittet patriam potestatem, iuxta supra dict. à num. 8. & tradit Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 267. num. 1. & 4. Gregor. Tholosan. Syntagma, iuris, p. 2. lib. 11. cap. 10. num. 1. & 3. non tamen extimetur ab onere alimentandi, & dotandi filiam, quia perdit sibi onus, non tamen damnum afferentia; tradit Gratian. d. cap. 267. num. 35. ubi tenet num. 41. quod alienus servum, vel filium expositum repetit à patre, vel domino alimentata etiam facta pro filio exposito erudiendo in aliqua arte, adducens Glossam in presenti, de quo etiam Abb. in cap. l. num. 1. de infantibus, & languidis expositis. Cum pater debeat facere impensam necessariam pro erudiendo filio in artibus liberalibus, Bart. in l. De bonis, §. Non solum, ff. de Carbon. editio.

Notabis insuper, quod si filius expositus patrem postea occiderit, non tenetur criminis parricidij, sed tantum ordinario homicidij supplicio erit sufficiendus, ut post alios tradit Petrus Gerard. sing. 2. Carterius in præf. tit. de homicidio, veri. Non quero, num. 27. Placa de delictis, cap. 22. num. 15. & 27. Menoch. de arbitrar. casu 396. num. 14. Tiberius Deian. in practic. criminis. lib. 9. cap. 15. num. 29. Fazinae. quest. 120. num. 164. sequitur alios Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 267. num. 11. Sed

Sed contra omnes insurgit Ioann. Solorzan. de patricidij criminis, cap. 5. Ex eo motus, quia naturaliter parentibus, etiam malè merentibus pietatem debemus, quod Mucij Manlij Torcati filius apud Valerium Maximum ostendit, qui efficit, ne pater à quo semper rustico opere gravatus, & malè habitus fuit, causam ad populum diceret. Vnde recte Imperator, in l. Panem, 16. Cod. de nuptijs, expositæ filiæ patris exponentis consensum in nuptijs requirit. Quæ opinio mihi non displicet.

12 Limitabis tamen totum hoc non procedere, quando parentes ex iusta causa filios infantes locis publicis, seu privatis, in quibus aliâs commode possunt educare, exponunt; intendit Navarr. in Manual. cap. 14. num. 17. nec refragatur l. Necare, ff. de liberis agnoscendis; procedit namq; quando non subest iusta causa filios exponendi. In dubio non est verosimile filium à patre sine maxima causa exponi potuisse, ut enim apud Philostratum lib. 2. cap. 8. ex Euripide Apolonius ostendit. Cunctis hominibus filij sunt ipsa anima. Advertit Solorzanus dict. cap. 5. post medium.

In Glossa, *Intra decem, ibi, Causa alimenti.* Expendit. An parentes expositorum, si sint divites, tenantur in conscientia ad sumptus nutritionis hospitali restituendos? Et non teneri verius videtur, cum hospitalia sint instituta pro presentibus necessitatibus, absq; ullo onere miserrorum; & expositi quantumvis eorum parentes sint divites, præsente necessitate urgente exponuntur, & ita nihil tenentur, postquam fuerint sui iuris, hospitalibus restituere. Accedit quod peregrini spoliati à latronibus, & similiiter ægrotantes, quanvis in sua patria sint distillimi, gratis curantur, & sustentantur in similibus hospitalibus, sine ullo onere restituendi; ut ex usu constat, & confirmatur, quia aliquin hospitalia redditus haberent, non ut liberaliter, & gratis propter Deum necessitatem patientibus succurreretur, sed potius, ut mutuum miseris daretur, quod est inconveniens, & non præsumendum de fundatoribus hospitalium, cum melius, & laudabile sit coram Deo, & hominibus pro presentibus necessitatibus opes suas miseris relinquere, quam cum onere restituendi; sed forsitan dici potest tres classes hominum esse distinguendas. In prima continentur homines pauperes in re, & spe. In secunda pauperes tantum in re, & non in spe, ut filij familias. In tertia alij divites in re, impediti tamen propter metum, vel aliam justam causam, filios alere nequeunt, & hos teneri ad restitutionem hospitalibus faciendum, dicendum videtur. Adde Abb. in cap. 1.

num. 3. de infantibus expositis; qui nostræ Glossæ meminit.

DISTINCTIO. LXXXVIII.

CAP. Decrevit. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Melchiades Papa quis fuerit?
- 2 Prohibentur clerici conducere aliena prædia. & num. 3.
- 4 Tām iure civili, quām Canonico arcen-tur clerici à negotijs sacerdotalibus.
- 5 Clericorum exemptio à negotijs sacerdotalibus, ex iure divino naturali se-quitur.
- 6 Inter munera sacerdotalia, quadam mani-festè derogant sanctitati personæ, & ecclesiastica munera impediunt, qua-dam non.
- 7 Officium optimi Prælati, ac Principis, quale?
- 8 Prælati cur Angeli appellantur?

IN superscriptione, ibi, *Mel-chiades Papa.* Creatur Pontifex anno Christi 311. Imperatore Constantino Magno, sedit annos duos, menses duos, & dies septem, quidquid aliter sentiat Platina. Instituit, ne die dominico, aut quinta feria ieunaretur; quia hos dies pagani, quasi sacros celebrabant, Maximini nullu martyrio coronatur anno Christi 313. quarto Idus Decembris; sepultus est Via Appia Calixti crypta. Fecit decretum de fermento; de cuius explicatione, multa eleganter tradit Baron. tom. 3. Annalium, anno Christi 313. ante finem.

In textu, ibi, *Possessiones con-du-cere.* Quod clericus non possit condu-cere possessiones propter cupidita-tem, tenet Abb. in cap. 1. Ne clericis, vel monachis Bellet. disquisit. clerical. part. 1. iii. de disciplina cleric. § 21. num. 31. Marc. Anton. Gennens. in prædicta Archep. Neapolit. cap. 62. num. 12. Marta de iniudi-cione, p. 4. cœnatur. 1. casu 3. Curia Philippica, p. 2. lib. 1. cap. 1. num. 20. Rodoan. de spolijs, quæst. 2. num. 1. in principio. Ioannes de Salas de contradic-tricat. 1. dubio 2. vide quæ diximus ad cap. ultim.

num. 1. & 2. supra, dist. 86. quod tamen limitabis, si non inest necessitas ad sui, vel suorum sustentationem. *Genuensis ubi proximè, Sylvester,* verbo, clericus, num. 2. *Hostiens. in cap. 1. num. 2.* de obligatis ad ratiocinia, post alios Molin. tom. 2. tractat. 2. disp. 342. *Leſius de iuſtit. lib. 2. cap. 15. dub. 1. num. 6.* quæ tamen necessitas non excusat, si negotiatio sit turpis, & infamis; prout tradit *Reginald. in praxi ſori, lib. 25. num. 125. vers. Se- cunda.*

3 Sed quænam dicitur hæc negotiatio prohibita? Dicitur quando aliquid emitur, vel contractu oneroso acquiritur, ut ex illius venditione lucrum afferatur; unde ementes rem eo animo, ut domi consumant, vel ut eam reducant ad aliquam formam, si vendant quæ supersunt, non dicuntur negotiari; vide *Tiraq. de retract.* *Lignag. in prefat. num. 78. Ceyall. cōmun. quæſt. 810. num. 16. & 17. Quaranta, verbo, vētigal. vers. Ter- tiō. Suar. tom. 5. disp. 2. quæſt. 9. punc̄ 2. num. 2.* In dubio negotiatio praesumitur lucri cupiditate exerceri; nisi necessitas probetur *Farinac. in fragment. crimin. part. 1. littera C. verbo, clericus, num. 169. & 170.*

4 *Ibi, Aut negotijs ſecularibus fe- miscere.* Tām iure civili, quām Canonico arcentur clerici à negotijs ſecula-ribus. De iure civili patet praesertim in *Codice Theodosiano, in tit. de episcopis, & clericis.* Nam l. 2. ait ita Constantinus. *Ab omnibus omnino muneri- bus excusentur, ne à divinis obsequijs avacentur, & in l. 9. ait Constantius. Curialibus muneribus, arg, omni inquietudine civilium functionum exortes clericos eſe oportet.* Idem habetur alijs legibus, quas refert *Suarus in tom. de defensione fidei, lib. 4. cap. 22.* In iure autem Canonico non ſolum modus exemptionis approbatur, & recipitur toto tit. de immunitate ecclesia. Sed etiam observari mandatur in toto tit. Ne clerici, vel monachi. Nota tamen cum *Suarus citato, duo esse in hoc genere exemptionis distinguenda; unū est, ut non possint clerici cogi, aut obligari ad hæc munera subeunda; aliud est prohibere, & cum necessitate obligare, ne illa exerceant; pri- mum fieri potest non tantum per leges Canoni- cas, sed etiam per civiles, quia in hoc non exercent iurisdictionem circa clericos, neque utuntur vi coactiva, aut directiva propria; sed concedunt privilegium, quod non ſemper spe- ctat ad iurisdictionem, sed ad libertatem.* At verò lex Canonica utrumq; facere potest, & facit; nam efficaciter eximit clericos à mune- ribus profanis, vel ſecularibus, prohibendo, & cogendo, si opus fit, laicos, ne ad illa ſubeun- da clericos compellant, & ipsos etiam clericos obligando, ut ab illis abstineant, utrisq; enim precipere potest in ordine ad spiritualem fi- nem.

Imd ut videre est apud eundem *Suarium ci- tatum;* exempio clericorum circa hanc ma- teriam ex iure divino naturali; sequitur in mul- tis quidem necessaria illatione, in aliquibus au- tem valde propinqua, quæ iure ecclesiastico determinantur; probatur, quia clerici ex vi ſui ſtatus destinati ſunt divinis obsequijs, quibus dupli- cī titulo repugnare poſſunt ſecularia mu- nera. Primo, quia nemo poſteſ duobus domi- niſ ſervire; ideoq; non poſſunt clerici ſecula- ribus negotijs implicari, quia à divinis ob- sequijs avocentur. Secundo quia ſancta sancte, & cum honore, ac reverentia tractanda ſunt.

Ibi, Nisi propter curam pupil- lorum, & orphanorum, ac vidua- rum. Inter munera ſecularia quædam ſunt; quæ manifeſte derogant ſanctitati per- ſonarum, vel ecclesiastica munera impediunt, & quoad hæc non ſolum ſequitur exempio clericorum ex vi iuriſ naturaliſ, ſed etiam pro- hibitio, ut quando munera ſunt nimis pro- na, de quibus maximè dicit *Apoſtolum 2. ad Ti- moth. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecu- laribus.* Alia ſunt munera in quibus non ſiatim appetit tanta deformitas, ut eſt V. g. tutela, vel cura pupillorum, honestam, & modera- tam, vel neceſſariam artem exercere, & ſimi- lia, atq; in hiſ inquit *Suarus de defensione fidei, lib. 4. cap. 22.* determinari poſteſ exemplio per ius Canonicum; quod interdum fit prohibendo talia munera; aliquando verò ſolum conce- dendo, ne clerici aliqua huiusmodi munera ac- ceptare teneantur, & hoc posterius etiam iure civili fit; ſic enim clericus exemptus eſt à tu- tela, in *Aubient. Presbyteros, sub l. 41. Cod. de epif- copis, & clericis;* & nihilominus poſſunt eam ac- ceptare, ſi velint; ut ibi notat *Glossa, & alia Glossa in cap. Irreligioso, diſtinct. 87. docen- te Molina tom. 1. de iuſtitia, tractat. 2. diſput. 221. Sua- riſ citatus, & ſaa. verbo, clericus.*

Ibi, Intraret, & exiret. Scilicet optimi prælati, ac Principis officium praefando. Nam (ut ait *Pineda lib. 3. de rebus Salomonis, cap. 5.* ex- pendens illa verba Salomonis divinam sapien- tiā postulantis. *Ego sum puer parvulus ignorans egressum, & introitum meum, 3. Reg. 3. 7.) intrare, & exire affert ex ſacri sermonis proprietate, Principis optimi munus, inſtar diligentissimi paſtoris educantis populum, velut gregem ex- tra caulas ad paſtum; reducentis domum ad caulas ex agro, & bello; & ut ait *Lorinus in Aſ- t. Apoſtelor. cap. 1. ad illa verba. In omni tempore, quo intravit, & exiuit inter nos dominus Ieſus. Exire, & intrare, & introitus, ac exitus, ingredi, & egredi, ingressus, & egressus phrasē Scripturæ ſignifi-**

significant totam seriem negotiorum, & vitæ ulum, atq; conversationem, & universa status, aut vocationis cuiusque munera. Sed quia tex-tus hic speciatim de ingressu ad contemplationem loquitur, admonet prælatos debere ingredi penetralia suæ mentis, ad considerandam immensam bonitatem Dei circa salutem nostram, collectoq; animo revolvere secum, quā suavis sit Dominus, quamq; magna multitudo dulcedinis, quam abscondit Deus diligentibus sc. Deinde egredi extra contemplationis secretum, ad exterius boni operis exercitium, ad succurrendum proximo, sublevandamq; eius indigentiam. Lege Maldonatum ad illa Christi verba. Ioann. 10. Ingredietur. & egredietur, & pacua inueniet.

Ibi, *Ascendentes, & descendentes Angelos.* Si quæras quare ecclesiæ Rectores non solum à sacris Doctoribus passim, sed etiam sæpissimè in divinis litteris Angeli appellantur? Vide varias rationes apud Viegas Apocal. 2. comment. 1. sect. 1. ad illa verba, Angelo Ephesi scribe. Ego ex D. Bonavent. in in ecclesiast. Hierarch. p. 1. hastibi proponam. Dicuntur ecclesiæ prælati, in divinis litteris sæpissimè Angeli; primum, propter munditiam cordis, & puritatem conversationis. Secundùm, propter limpiditatem divinæ cognitionis; tertius, propter sedulitatem, & diligentiam administrationis. Quartus, propter fixum, & stabilem motum dilectionis. Quintus, propter rectitudinem intentionis. Nam Angelus, ut inquit, D. Gregor. in omni suo opere Deum inspicit, & nihil aliud, quam divina voluntatis regulam diligit, vel requirit, ita enim exteriora divino nutu Angeli peragunt, quod mentis aciem ab ipso non deflectunt. Sextus, propter continuitatem, & dulcedinem contemplationis.

CAP. Consequens. II.

S V M M A R I V M.

1. *Negotiatio merè lucrative, est clericis illicita, atq; interdicta.*
2. *Clerici exercentes negotiationem, excommunicantur, suspenduntur, ac deponuntur.*
3. *De quibus clericis hæc intelligi debeat?*
4. *Immunitatem bonorum amittunt.*
5. *An clericus hanc immunitatem bonorum amittat, antequam ter à suo Ordinario sit admonitus?*

6. *Vtrum sufficiat una admonitio, qua sit instar trium?*
7. *An post irinam admonitionem, immunitatis privilegium pereat etiam in bonis ecclesiasticis?*
8. *Vtrum contemptis tribus admonitionibus, privetur clericus alio privilegio, quam immunitatis? & num. 9.*
10. *An clerici, qui negotiationi serviunt, possint amissu privilegiū recuperare?*

IN text. ibi, *Ab indignis posthac & quaestibus noverunt abstinere.*

Hinc patet, quod negotiatio merè lucrative, qua aliud emitur, ut immutatum carius vendatur, est clericis illicita, atq; interdicta, si per se ipsos illam exerceant; quanvis non sic invalida; hæc conclusio est D. August. hac eadem dist. relatus in cap. Fornicari, & D. Hieron. in cap. Negotiatorum, & habetur in cap. ult. de vita, & honestate clericor. Clement. 1. eodem tit. & cap. 1. Ne clerici, vel monachi; atq; alijs iuribus eam tenet Lessius de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 21. dubio 1. Molin. tom. 2. tract. 2. disp. 342. eandem probat Benvenutus tract. de mercat. p. 3. num. 4. cum Abb. nu. 10. in Clement. 1. de vita, & honestat. clericor. Bert. in tract. de gabell. in principio, 3. p. Philipp. Franc. in cap. Quanquam, in fine, de cens. lib. 6. Cardin. in Clement. 1. de vita, & honestat. clericor. Ratio autem cur ecclesia id tam severè prohibuerit, est, tūm quia valde indecorum appetit, clericos lucris captandis incumbere: tūm quia mire occupat animum, & à spiritualibus avocat; tūm quia plena est periculis periurij, fraudum, & iniustitiae.

Ibi, *Aut in quocumque gradus & sint positi, mox à clericalibus officijs abstinere cogantur.* Variæ sunt, & nœ huiusmodi clericis negotiationem exercentibus impositæ. In primis est pœna excommunicationis, ut constat in cap. Ne clerici, vel monachi, tametsi non sit latæ sententia; sed ferenda. Est item pœna suspensionis, ac depositionis, ut per hoc cap. & cap. penult. 91. dist. & cap. Sed nec, Ne clerici, vel monachi; ubi additur religiosos gravius adhuc esse puniendos; probat Molin. tom. 2. disp. 342. Sed neque hæ pœnæ sunt latæ sententia; sed ferenda, ut tenet idem Molin. & facile appetit textus illos consulenti. Cum autem huiusmodi pœnæ non imponantur, nisi p culpa lethali, coveniunt DD. communiter peccatum lethale esse clericos, vel monachos per se ipsos huiusmodi negotiationem exercere; ita Less. lib. 2. cap. 21. dub. 1.

Prima pars Decreti.

764

ita etiam Conrad. Ioann. Medin. Navar. Sylvest. Angel. quos refert, & sequitur Molin. citatus; quo loco adverbit Concil. Trid. sess. 22. de reform. innovasse hac in re pœnas, & iura antiqua, præcipiendo episcopis, ut pœnis illorum, atq; alijs additis, clericos ea in parte compescant; vide latè Pereira de manu Regia, 2.p. cap. 24. nu. 34. vers. Quinimò, ubi nostri textus meminit.

3 Sed quætes de quibus clericis prædicta intelligi debeant? Respondeo intelligi de clericis in sacris ordinibus constitutis, ut afferit Lessius citat. itegi Molin. dict. disp. 342. cum Conrad. Medin. Sylvest. & Angel. Clerici enim in minoribus constituti, lethaliter non peccant, de quo vide posita ad cap. ult. num. 3. dict. 86. ad Navarr. in Manual. cap. 25. num. 110. Salon. 2.2. quest. 77. art. 4. controversial. 4. post alios Salas de contract. tractat. 1. dub. 2. num 5. De beneficiarijs, qui in sacris non sunt constituti, aneps est Sylv. inclinareq; videntur Doctores cum Molina citato, illos non peccare lethaliter. De religiosis generatim censem Lessius supra, & Molin. cum Angel. Conrad. & Sylvest. lethaliter peccare, etiam si in sacris non sint constituti. Clericus beneficiatus, aut in sacris constitutus non potest defervire alicui laico in domo, vel extra pro suis negotijs agendis, ita Bernard. in practic. cap. 57. alijs 60. verbo, clericus, num. 148. Marc. Anten. Genuens. in pract. Archiep. Neapolit. cap. 62. num. 20. in addition. ubi tradit nec posse officium maioris domus alicuius Principis exercere. De cœtero lege Farin. in fragm. crimin. p. 1. litter. C. verbo, clericus, nu. 184. Val. Reginal. praxis fori, lib. 30. tract. 3. num. 23.

4 Amittunt etiam clerici negotiatores immunitatem bonorum, ut probat Bennenutus tract. de mercat. p. 3. num. 8. & 9. cum Cardin. Alber. Specul. Geminian. Philipp. Franc. Card. Ber. Bald. Paul. Casir. & alijs, Molin. tom. 2. disp. 342. Comitol. lib. 1. respons. moral. quest. 53.

5 Dubium tamen est. Vtrum clericus negotiator hoc privilegium immunitatis amittat ante trinam admonitionem? Dicendum est non illud amittere antequam ter à suo Ordinario sit admonitus, ut probat Bennenutus citatus; idem tenet Comitolus loco citato, cum Imol. & Panormitan. qui tres ultimi Authores hoc amplius expressè addunt. Clericum negotiationi dedicatum in ipsis etiam bonis, in quibus mercatram exercet ante trinam monitionem privilegium immunitatis retinere. Salas de contract. ubi supra, dub. 2. Salzed. in pract. cap. 55. vers. Sed an hoc. Ceval. cōmun. contra cōmun. quest. 810. nu. 20. Carol. Grassis de effectibus cleric. effect. 3. num. 184. Molin. tamen disput. 342. cit. distinctione utitur; aitq;. Ut clericus ob negotiationem amittat privilegium illud ecclesiasticum, quo tām ipse, quam ipsius bona oneribus, & tributis non subiacent, necessariam quidem esse trinam

monitionem, ut ex cap. ult. de vita, & honest. clericor. constat; ut vero ex re, quam negotiando vendit, ac permittat, tributum debeat, iam admonitionem non esse necessariam, ut docet etiam Greg. Lop. ad l. 49. tit. 6. p. 1. & consentivit alij, pbat, quia neq; ecclesia, neq; principes seculares illos eximere à tributo intenderunt in negotiatione ipsis iure Canonico prohibita, atq; ex natura rei eisdem indecenti, atq; adeò nunquam immunes ab hoc tributo fuerunt, neque eos ecclesia ea in parte protegit, ut constat iūm ex ipsam rei natura; tum etiam ex Clem. 1. de censib. ubi cum compesci excommunicacionibus iubeantur, qui tributa ab ecclesiasticis exigunt, limitatur id ad res, quas non negotiandi causa deferunt, aut deferri faciunt; quibus verbis argumento à contrario sensu, ut Glossa ibi adnotavit, sapientè significatur, inquit Molina, ex rebus, quas negotiandi causa deferunt, possit tributum ab eis exigiri, absq; alia monitione.

Rogabis utrum unà admonitio, quæ instar sit trium, satis sit, an necesse sit ter distinctis intercallylis temporis admoneri negotiantem clericum à suo Ordinario? Plus una non esse necessariam, credit Rosella, in verbo, excommunicatio 2. num. 3. Angel. in verbo, clericus 9. num. 3. Supplementum quod nominatur à Sylvestro, Panormitanus vero in cap. postremum, de vita, & honest. clericor. contendit tres exigi admonitiones distinctas, quem sequitur Tabiena, in verbo, excommunicatio 5. num. 24. Sylvest. in verbo, clericus, 3. num. 3. à quibus etiam citatur Glossa, & Ioann. Andr. Navarr. in summa, cap. 27. num. 81. qui vult inter unam, & alteram admonitionem dies aliquot debere esse interiectos. Cum Panormitan. sentit etiam Imol. in cap. ult. de vita, & honest. clericor. imd illud ipsum affirmat Navarr. & idem Glossa in Clement. 1. de vita, & honest. clericor. quos sequitur Comitolus lib. 1. respons. moral. quest. 53.

Potes, num post trinam monitionem immunitatis privilegium pereat clericu in suis dumtaxat bonis, an etiam in bonis ecclesiæ? Colligitur perspicue ex Glossa in proprijs tantum bonis privilegium interire; dicitur enim, in facultatibus suis; neque enim clericu delictum ecclesiæ nocere debet, ut admonet Panormitan. Non delinquentis autem clericu bona, quæ in eius civili patrimonio censemuntur, eodem iure esse, quo sunt ecclesiæ; quod spectat ad immunitatem, aiunt Glossa, Panormitan. Hostiensis, & Imol. in cap. ult. de vita, & honest. clericor. quibus alij assensiuntur, ita Comitolus citat. quest. 53.

Difficultas tamen in hac materia maxima est. Vtrum contemptis tribus admonitionibus privetur clericus alio privilegio, quam immunitatis? Ber. in tract. de gab. in princip. 3. p. ait. Clericos

Clericos negotiatores etiam fori privilegium perdere, & posse conveniri coram iudicibus laicis, & consulibus mercatorum, citat Bald. in d. Addit. ad Spec. in tit. de reo, vers. Scholaris clericus, qui inquit clericos negotiatores, quanum ad eam negotiationem pertinet, cōmuni iure laicorum uti debere; citat l. 2. Cod. de episcopis, & clericis, l. Cui sub praetextu, Cod. de sacrosanct. eccles. cap. fin. de vita, & honest. clericor. & l. fin. Cod. de iurisdictione omnium iudic. & idem Ber. probavit, in tract. de episcop. in 4. lib. p. 1. num. 26. & sequent. tom. 2. qui adjicit eundem Bald. in titul. de clericis conjugat. dicentem clericum huiusmodi immunitatibus, alijs clericis concessis, frui non posse; cuius rei illa ratio redditur à Paulo de Castro. Cyno. & alijs citatis, l. fin. Cod. de iurisdictione omnium iudic. (ut ait Benedictus tract. de merc. p. 3. num. 8. & 9.) quoniam non convenitur, ut clericus, sed ut laicus mercator; ideo se ad episcopum remitti non recte petat. Hostiens. in postremum cap. de vita, & honest. clericor. quem refert Comitulus citatus quest. 53. eiusmodi clericum omni privilegio privat. Nudantur, inquit, omni privilegio clericali, & hac est veritas; in quam sententiam subscribit Sylvest. in verbo, excommunicatio 6. num. 6. ubi istis contumacibus clericis tūm fori, tūm Canonis adimit privilegium, suęq; sententiæ comitem citat Pisanellam, Archidiaconum, & Innocentium, sed loca non indicat, lege Gabrielem Petru. cap. 38. num. 5.

Secunda sententia afferit huiusmodi clericum in bonis suis tantum privilegio spoliari; ita Tabien. in verbo, clericus 3. num. 2. Rosella, in verbo, excommunicatio 2. eam tutiorem in conscientiae foro, dicunt Angelus, in verbo, clericus 9. num. 2. & Comitulus lib. 1. respons. moral. quest. 53. eandem sententiam tuetur Molina tom. 2. tract. 2. disput. 342. ubi ait huiusmodi clericum negotiantem, si ter admonitus ab episcopo, aut ab alio, qui iurisdictionem quasi episcopalem in eum habeat, non abstinuerit, amittere clericale privilegium, non quidem Canonis, quasi qui cum percusserit, excommunicationem non incurrat, neq; item fori, quasi puniri, aut convenienti coram iudice seculari talis clericus possit; sed quo, tām ipse, quam ipsius bona, tributis, & alijs oneribus non subiciuntur, & quanvis Ioann. Andreas, & Imol. in cap. ult. de vita, & honest. clericor. cōtentur conciliare ambas opiniones, ut prima sit vera, quando negotiantur sine habitu, & tonsura. Secunda autem, quando cum habitu, & tonsura; quam distinctionem approbat etiam Panormitan. ut refert Comitulus citatus. Secunda tamen sententia est, simpliciter tenenda, ut in conscientiae iudicio magis tuta.

Vltimò queri potest. Vtrum hi clerici, qui negotiationi serviant, possit amissum privilegium recuperare? Respondeo posse, si se ab interdicto negotio abstractant; sic sentiunt Innoc-

centius, Panormitanus, Ioann. Andr. Hostiensis, Imola, & Glossa in cap. postremum, de vita, & honestat. clericor. quos refert, & sequitur Comitulus quest. 53. citata, idem tenet Molina disput. 342. Tandiu enim in hoc casu privilegium immunitatis extinguitur, quandiu negotiatoris clerici delictum perseverat.

CAP. Episcopus. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Politica negotiatio non decet clericos.
- 2 In quibus casibus possit eis id licere?

IN text. ibi, Nequaquam factales curas. Politica negotiatio emendi necessaria exercitui, & civibus, non decet clericos; qui à gubernatione, & negotijs secularibus esse debent alicui, iuxta illud 2. ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus; probatq; Molin. tom. 2. tract. 2. disput. 342. per hoc caput, quod ex Canonibus Apostolorum est delumptum, in quo præcipitur, ut neque episcopi, neq; sacerdotes, aut Diaconi sacerdles suscipiant curas, alioquin deiijciantur; & per cap. 1. & sequentia 21. quest. 3. Lege Mendoçam in lib. Reg. tom. 1. annotat. 10. sect. 2. de mystico nova legis Nazareatu, ubi de hac materia copiosé agit. Nazarei enim, qui sacerdotes novæ legis adumbrabant, iuxta sui nominis etymon; separati à mundo, consecrati Deo, vera gloria coronati interpretantur.

Aliquando tamen interesse tantum posset, Reipub. ac communi bono, ecclesiasticum aliquem similibus rebus vacare, ut charitas efflagitaret, ea in re cum illo esse dispensandum. Curare vero, ut famis tempore, misericordibus subveniatur personis, eaq; in re clericum, aut religiosum navare operam curando, ut aliundres emantur, asportenturq; necessaria, & iura permittūt, & charitas postulat; præfertim quando hæc p solos laicos sufficienter non fierent; ut tenet Molina citat. disput. 242.

CAP. Perlatum. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Prohibentur episcopi, & clerici officium advocati exercere.

2. *Quatuor casus, in quibus id licet clericis, proponuntur.*
3. *Potest etiam clericus advocati officium exercere, si sit pauper.*
4. *Idem potest monachus de licentia sui prælati, pro utilitate, & sustentatione monasterij.*

IN textu, ibi, *In causis sacerdotalibus occupari, & prætorijs inutiliter deservire.* Prohibentur episcopi officium, ad vocati exercere in negotijs sacerdotalibus, & coram sacerdotali iudice; quod interdicitur etiam toto titulo de postulando, omnibus clericis in sacris; in minoribus etiam ordinibus, si stipendijs ecclesiasticis sustententur; vide Panormitan. d. tit. de postulando. *Gonzales Glossa* 2. num. 28.

2 *Quatuor casus notat Panormitanus, excipi-*
tit. de postulando, cap. 1. & 3. in quibus sacerdos
poteat esse advocatus, qui quidem casus in di-
cetis capitibus expressè habentur; potest enim
clericus esse advocatus coram iudice sacerdotali
in causis sacerdotalibus, pro causa propria, vel ec-
clesia, vel pro miserabilibus personis, quæ pro-
prietas causas administrare non possunt; item
pro personis sibi coniunctis. Quenam personæ
veniant appellatione coniunctarū, tradit Bellet.
disquisit. clericor. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 27.
num. 6. vers. Quarto. ubi cum Abb. in cap. Cum sa-
cerdotis, num. 4. r̄solvit venire etiam coniun-
ctos coniunctione spirituali, ut sunt concano-
nici eiusdem ecclesie, & Azor inst. moral. p. 2.
lib. 7. cap. 14. vers. Item beneficiario, ubi querit
usque ad quem gradum coniuncti dicantur, &
quod sub his verbis intelligentur amici Tiraq.
de pénis tempor. cap. 22. num. 39. Si necessitas im-
mineat, & non aliter, ut notat idem Panormit.
& dicitur imminere necessitas, si coniunctus
per impotentiam non potest habere advocatū,
vel forte non ita bonum, sicut est sacerdos.

3 *Licet clericus non possit postulare, potest*
tamen domini allegationes juris confidere, &
consilium etiam in scriptis potentibus dare, Al-
ciat. respons. 91. num. 4. Salzed. ad Bernard. cap. 66.
vers. Sexto. Cabed. decis. 214. num. 14. p. 1. Marc.
Anton. Genuens. in practicab. ecclesiast. q. 626. Bellet.
disquisit. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 27. num. 10.
Prohibitus enim advocare, non prohibetur in
Camera consulere; Sanch. in Decalog. tom. 2. lib. 6.
cap. 13. num. 32. Hortens. Cavalcan. de brachio regio,
p. 6. cap. 13. num. 406. Stephan. Gratian. discept.
cap. 39. à nn. 4. Hinc mulieres licet prohibeantur
postulare, l. 1. §. Sexum, ff. de postulat. possunt

tamen domi consulere Tiraq. ad l. II. connubial.
 num. 28. Adde si clericus sit pauper, & non habeat
 beneficium, nec patrimonium, unde se valeat
 sustentare, tunc licitum ei esse, inspecto iure
 communi, absque alia dispensatione, advocati
 minus etiam in curia sacerdotali, seclusa accusa-
 tione in causis criminalibus, exercere: Hostius.
 cap. 1. de postulando, num. 8. Anton. de Burio, post
 Hensie. & alios, num. 15. Abb. num. 4. vers. Si re-
 tro non habet, & omnes communiter recentiores.
 Rodoan. in tract. de spol. ecclesie, quæst. 2. num. 23.
Gonzales Glossa 2. num. 29. & ultra iura, & ra-
 tiones per ipsos doctores allegatas, ista sola suf-
 ficeret, nempe quia si hoc potest facere pro
 pauperibus, & miserabilibus personis, ut illo-
 rum necessitatibus subveniat, cap. 1. & 3. codem ist.
 de postulando; à fortiori sibi erit licitum, & ho-
 nestum, ut propriæ egestati, & necessitatibus
 couusat; nam charitas bene ordinata incipit à
 se ipso.

Imò etiam monachus posset de licentia sui
 prælati, pro utilitate, & sustentatione mona-
 strij pauperis, advocati officium exercere, cap. Mo-
 nach. 16. quæst. 1. Navarr. in cap. Non dicatis, num. 99.
 12. quæst. 1. Ignat. Salzed. in additioni ad præsum un-
 minalem. Bernard. Diaz cap. 63. Gloss. I. limitatione 2.
 ubi post Abb. & alios dicit, quod Abb. Lapus mo-
 nachos suos ex suæ advocationis libro alebat,
 Rodoan. de spolio ecclesie, quæst. 2. num. 26. ubi à nu.
 18. cum sequentibus plura dicit. *Gonzales Glossa*
 2. num. 33. Imò de licentia Abbatis potest mo-
 nachus procurator esse patroni, vel amici mo-
 nasterij. Innocent. in cap. Cum I. & A. dere iudic.
 receptus per Navarr. Commentar. 2. de regulat. nu.
 66. Tiraq. de pénis, cap. 22. num. 39. Sayt. in clavis
 regul. lib. 12. cap. 22. num. 5.

CAP. Episcopus tuitionem. V.

S V M M A R I V M.

1 *Testamenta coram episcopo non aperiun-*
tur.

2 *Executio testamenti de iure communi,*
competit episcopo.

3 *Non potest testator id prohibere.*

IN textu, ibi, *Tuitionem testi-*
mentorum. Prohibetur episcopo, ut
 sentit *Glossa*, ne coram
 illo testamenta aperiantur, sed coram magis-
 tro censu, quod habetur etiam in l. Repetita, C.
 de episcopis, & clericis, & l. Consulta, Cod. de refa-
 mentis, ibi. Præmonendos censeimus, ne rem attingant,
 qua nemini prius omnium, secundum constitutionem
 precepta,

præcepta, quām census magistro competit; absurdum est namque, si promiscuis actibus, rerum turbentur officia, & alij creditum, alius subtrahat; & præcipue clericis, quibus opprobrium est, si peritos se velint disceptationum esse forensium. Lege Authores ad l. cum ab initio, ff, quemadmodum testamenta aperiantur, & Iason. ad l. publicatis Cod. de testament. numer. 2. cum Bart. Angel. Imol. Bald. quos ibi adducit *Glossa*, verbo, ab episcopo in cap. si heredes de testament. Adverte tamen publicationem testamenti clerici, vel pietatis causa facti, coram iudice ecclesiastico esse faciendam *Guicciard.* practicar, lib. 2. quæstione 48. num. 2. An autem publicatione testamenti laici, in quo institutus est clericus heres, fieri debet, coram iudice ecclesiastico, an laico? *Vide Covarr. practicar.* capit. 8. num. 1. *Suar. de pace in tract.* tomo 2. prælud. 2. numer. 14. *Peres titul.* 2. lib. 5. ordinam. pagin. 142. in fine. *Fr. Emmanuel quæstione regular.* tomo secundo quæstione 62. artic. 12. *Guicciard.* dist. quæstione 82. num. 1.

2 Executio autem testamenti de iure cōmu-
ni cōpetit episcopo, nulla ad id designata per-
sona à defuncto l. nulli, vers. sin autem infra titul:
1. vel etiam si is, quem testator designavit, ne-
gligens sit, & infra tempus à lege definitum,
piam illius voluntatem non exequatur. *Auth.*
de ecclesiast. titul. §. Si autem qui hoc, collat. 9. cap. 3.
vers. quod si infra, extra de testamentis, ubi Docto-
res, & in cap. fin. eodem titul. lib. 6. & in *Clement.*
1. eodem tit. *Paris conf.* 26. incipit *Frater Ioannes*
num. 21. volum. 4. Episcopus non solum legata
pia potest executioni mandare, sed etiam illa,
quæ non sunt pia, ut tradit *Covarr.* relatus à Ce-
neno *tract.* lib. 1. quæstione 14. num. 2. & quæstione
31. num. 5. & alios, quos refert *Barb. de offic.* & po-
test. *episcop.* part. 3. allegat. 82. numer. 15.

3 Quod adeo procedit, ut non possit testator
prohibere, quin in prædicto casu exequendi
munus ad episcopum devoluatur, nisi execu-
toribus alijs in locum negligentis nominatis,
ut tradit *Covarr.* in cap. tua nobis per totum ibi, numer.
6. de testam. *Egid.* in l. 1. C. sacrosanct. 6. p. §. 1. n. 25.
Molin. tomo primo tractat. 2. disput. 250. & 251, cum
Panormit. & *Sylvest.* Quod intelligendum etiam
est, quando dispositio non est ad pias causas,
curam scilicet pertinere ad episcopum, & eius
vicarium, intenta etiam cōram ipsis actione
adversus executores, aut heredes ab eo, cui à
testatore aliquid relictum est; etiam quando
heres, ac executor laicus est, ut affirmsat *Glos-*
sse cap. si heres, de testament. quam sequitur Pa-
normit. ibi num. 7. *Molin.* disput. 250. cum *Covarr.*
Sylvest. & multis alijs, quos referunt; atq; hæc
opinio, ut communior, & magis pia sequenda
est, cui consentiunt, ut inquit *Molina citatus,* Lu-
fiana Ordinationes, quatenus flatuunt, curam, u-
defuncti voluntas executioni mandetur, pro-

miseruē pertinere ad Prælatum, & ad iudices
seculares.

C A P. Episcopus, nullam. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 *Episcopus domesticarum, & temporalium rerum curis non distrahitur.*
- 2 *Orationi, & lectioni debet esse inten-*
tus.
- 3 *Episcopo ex officio cōvenit potestas pre-*
dicandi in propria diœcesi.
- 4 *Non solum potest, sed tenetur fidē pre-*
dicare.
- 5 *Excusatur ab obligatione predicandi*
per se, ob legitima impedimenta.
- 6 *An possit episcopus predicare extra*
propriam diecœsim?

I N textu, ibi, Nullam rei fa-
miliaris curam. *Lege Cassan.* in cata-
log. part. 12. confide-
ratione 49. ubi suadet cum *Volaterrano* lib. 31. cō-
mentiariorum in philosophia, c. 2. & Aristotelis sen-
tentia, varijsque exemplis, viros contempla-
tioni, & divinarum rerum studio deditos, de-
bere habere prope aliquem rerum administra-
torem, qui res obeat, ac curat, nam & Domi-
nus noster Iudam negotio præfecit, & Apof-
tolos alios.

Ibi, Sed lectioni, & orationi. 2

Debet episcopus esse spiritualis, & populo,
sancto licet, sacratiōr, in quem quadret illud,
quod de Davide ait, *Ecclesiasticus* c. 47. n. 2. *Quasi*
adeps separatus à carne, ita David à filijs Israel, ubi
manifesta fit Davidis cum ceteris Israelitis
comparatio in sanctitate vitæ, candore, & cha-
ritate erga Deum, & fit allusio ad sacrificium,
in quo quanvis hostia pacifica Deo dicata, tota
rederetur sancta: ceterum non tota cedebat
Deo sed pars lacerdotibus, pars sacrificanti-
bus. At adeps separatum sumptus longe sanc-
tior, ut qui totus Deo cederet, sacro fl. grans,
& abs sumptus igne, iuxta illud *Leviticus* 3. numer.
16. *Omnis adeps Domini erit iure perpetuo.* Cor sapien-
tis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius: ait
Spiritus sanctus *Eccles.* 10. num. 2. ubi *Chaldaeus:*
Cor sapientium incumbit ad acquirendam le-
gem, que data est manu dextera Dei; & cor
stulti ad acquirendas facultates argenti, & au-
ri: respicit enim ad illud *Deuter.* 33. num. 2. In
dexte-

dextera eius (scilicet Dei) ignea lex, & ad illud Proverb. 3. 16. In sinistra illius divitiae, & gloria, hanc sinistram ponebat spōsam sub capite iuso Cant. 2. Iev. eius sub capite, & dextera illius amplexabitur me. D. Augustin. in Psalm. 120. Noli temporalia præponere fidei tuz; & non erit sinistra supra caput tuum, sed omnia temporalia sub de fidei tua; & erit sinistra sub capite tuo, & recte dextera eius complectetur te. Ad dextram nobis sit lex divina, & illius meditatio. Psalm. 44. numer. 10. Adstigit Regina à dextris tuis. Chaldaeus legit. Stabit liber legis in latere dextera tua, & scribetur obizzo Ophiritico.

Ibi, Verbi Dei prædicationi.

Episcopis, & reliquis prælatis ex officio cōvenit potestas prædicandi in propria diœcesi, hoc enim est proprium episcoporum munus, ut docuit Trident. sess. 5. de reformat. capit. 2. & sess. 24. cap. 4. per hoc cap. & Paulus 2. ad Timoth. 4. Predica verbum, &c. Suar. tom. 3. de religion. Ratio est quia simul cum munere conceditur potestas ad exercitium illius necessaria. iuxta l. 2. ff. de his, quibus mandata est iurisdictio, & cap. præterea de officio delegati. Cum igitur ad curam animarum pertineat pascere gregem verbo Dei, cum pastorali munere, censetur collata potestas prædicandi, quia verbum Dei pastus est animæ, ut habetur in Cōsil. Later. sub Inne. 3. cap. 10. Verum quia episcoporum munus limitatur ad certum territorium, & gregem, eodem modo potestas hæc censetur restricta, quia solius Pontificis est prædicare fidem ubique.

4 Certum etiam est pastores episcopos non solum posse, sed teneri prædicare fidem, quia Christus Dominus Apostolis, & successoribus id præcepit Matth. ultim. Docete omnes gentes, & Marc. 16. Prædicate Evangelium; quæ verba continere præceptum, satis exprexit Paulus 1. Corint. 9. Si non evangelizavero vae mihi, necessitas enim mibi incumbit. Nam ut ait Suanus de legibus lib. 10. cap. 2. numer. 8. Munus episcopale, seu pastorale, est in ecclesia ex positiva institutione Christi. Supposito autem tali munere obligatio docendi, aut prædicandi evangelium, de iure divino naturali est, pertinens ad obligationem iustitiae, & fidelitatis, quæ intrinsece ex tali munere nascitur. Ex iure ecclesiastico tenentur etiam prædicare per se ipsos, nisi legitimè impeditantur, ut patet ex Concil. Lateran. cap. 10. refertur in cap. inter cetera de officio iudicis ordinarij, & in Trident. sess. 5. de reformat. cap. 2.

5 Quanvis pastores ecclesie teneantur per se prædicare, possunt excusari ob legitima impedimenta: quenam hæc sint, arbitrio prudenti relinquitur, ex Concil. Later. cap. 10. aliquot colliguntur, Cum sapè, inquit, contingat, quod episcopi propriæ occupationes multiplices, vel invalendipes cor-

porales, aut hostiles incursas, seu occasiones alias (ne dicam defectum scientie, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cetero tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbuni Dei, maximè per amplias diacones, &c. Tenentur tamen, si legitimè sint impediti, ne possint per se prædicare, per alios id præstare ut tenetur. Suar. tractat. 2. de fide disput. 7. sed. 1. §. iuxta hac.

Quæres an possint episcopi prædicare extra propriam diœcesim? Respondeo posse, quan- diu non prohibentur ab episcopo diecœsis, in qua prædicant, ita Hosiens. in cap. cum excommuni- camus, §. Quia verbū de hereticis. Ioann. Andr. ibi, Sylvest. verbo, prædicatio, quest. 1. Ratio est quia, nullum præiudicium fit episcopo loci, cum potius ovium bonum procuretur, iuxta c. euc 95. distinction. & ideo censetur tacitè concessa à Pontifice potestas prædicandi. Attamen si episcopus loci invitatus sit, gravis iniuria ei irrogatur, & termini alieni usurpantur argumento l. cum pecuniam, ff. de negotijs gestis. Nunquam tamen poterit episcopus prædicans, dare indulgentias, nisi delicta episcopi loci, iuxta cap. quod autem, de paenit., & plura alia de prædicatione videbis infra in dicto cap. Ecce, 95. distincione.

C A P. Episcopus gubernationem. VII.

S V M M A R I V M.

1 Quoniam personarum gubernationē non debeat episcopus per se, sed per aliū exercere.

2 Peregrini sunt sub tutela, & cura epis- cipi.

IN textu, ibi, Gubernationem viduarum, &c. Argumentum est, quod cum proximo capite non liceat episcopo rei familiaris curā ad se revocare, ut melius orationi, lectioni, & verbi Dei prædicationi insistat: multo minus ei licebit aliorum res familiares, & temporales per se ministare; argumentum valet, quia ut dicit Bald. in consil. 312. visis actis sub numer. 3. ante mediū lib. 4. Ordinata charitas plus amat se in ungue pedis, quam alium invertit capitiis. Aimon conf. 6. numer. 25. & conf. 8. numer. 17. & agris nostris sitientibus, alienos irrigare nō debemus. Bellam. questione 87. cap. non satis 87. distincione.

Ibi

² Ibi, *Peregrinorū*. Notat Panormitanus,
c. officiū de officio Archipresbyteri, quod peregrini, & à foris venientes, quandiu moram trahunt in civitate, sunt sub cura episcopi loci, & Archipresbyteri. Facit ergo quod ibi debent sepeliri, & si alibi eligant, quod quartā debeatur episcopo, de quo per Pau. in Clement. dudum. de sepultur, & vide Ioann. Andr. in cap. I. lib. 6. de sepult.

C A P. Inutile. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Electio, quæ per vim est restricta ad certum hominem, non valet.*
- 2 *Ignorantia quando à peccato excusat.*
- 3 *Pro electione particularis personæ etiā dignissimæ, non est licitum pecuniam offerre.*
- 4 *Licitum est offerre pecuniam, ne eligantur ineptas.*
- 5 *Pro electione personæ idoneæ in genere, licitum est offerre pretium.*
- 6 *Homo non debet appetere honorem terrenum, non sibi debitum.*
- 7 *Non expedit se obligare, ut aliquis eligatur.*

¹ IN textu, ibi, *Inutile*. Quia electio, est restricta ad certum hominem, non valet, ut tenet Panormitanus cap. terra de electione, eligere enim est unum è pluribus capere, ac proinde debet esse libera, contra substantiam, ergo actus est, & consequenter nullus si electores cogantur eligere ad voluntatem alterius, & cap. si alicuius, notat idem Panormitanus, quod electio simoniacæ facta, etiam ignorantie electo, est nulla; quia vitiosæ facta existit, & cap. sacrosancta, notat, quod prohibetur, ne ad preces aliquos quis moveatur ad dignitatem, ut cap. illud. 8. questione 2. facit. 16. quest. 2. in cap. visitis.

² Ibi, *Hominem litterarum*. Quem scilicet ignorantia à peccato non excusat, nam ut tenet Navarius pral. I. Ignorantia, & simplicitas rudium, saepe numero eos excusat, à peccato. Quando vero ignorantia à culpa excusat, lege D. Thom. in 1. 2. questione 76. articul. 3. & commentatores ibi. Vasquez disputat 125 cap. 2. ubi latè probat opus factum cum ignorantia comitante, non esse peccatum.

Ibi, *Ratiociniorū causas assumere.* 3

Quæres utrum licitum sit pecuniam offerre electoribus, ne indignum, seu ineptum eligant sed quenpiam idoneum in episcopum, aut parochum? Prima conclusio sit; Pro electione particularis personæ etiam dignissimæ, non est licitum pecuniam offerre; ita Lessius de simonia c. 35. dubitatione 19. Ratio est, quia hoc efficit emere actionem spiritualē Limitat Lessius cum Soto, & Navario; si unus tantū reperiatur idoneus, & electio eius sit necessaria ad malum ecclesiæ averterendum, tunc enim ait, licere offerre pretium, ut eligatur, quia tunc censetur, sed electio vexationis, nam non tam datur pecunia pro electione huius personæ, quam ut averteratur electio indigni, & quanvis hæc electio secundum iura non profit, tamen potest à Pontifice peti confirmatio, & ita malo imminenti occurere. Suar. de simonia cap. 50. num. 42. istum casum de plano admittit, in electione ad summum pontificatum, quia in hoc est major ratio, ut optimè ipse Doctor ostendit. Non ita tamen audet afferere hoc licere in alijs electionibus spiritualium, prebendaria canoniciatu, vel etiā episcopatum, etiam si fiat spe obtainendi remedium à summo Pontifice; nisi tanta sit necessitas vitandi aliquod gravissimum damnum alicuius ecclesiæ, ut excusat, sed hoc rarum, inquit, est.

Secunda conclusio. Licitum est offerre pecuniam, ut non eligant ineptum, ita Suar. capit. 50. cit. n. 39. & Lessius dubit. 19. cit. esque communior sententia, probatur, quia hæc est mera redemptio iniuriae, seu læsionis iniustæ; ecclesia enim habet ius, ut non detur ei minister ineptus; tūm quia non eligere ineptum, non est quid spirituale, nec directe munit viam ad spirituale.

Tertia conclusio. Quanvis non videatur licitum offerre pretium pro electione particularis personæ, tamen licitum videtur offerre pro electione personæ idoneæ in genere; ita Suar. cap. 50. cit. num. 36. cum Caietan. Sotto Mai. quos adducit item Lessius dict. cap. 35. de simonia dubit. 19.

Ibi, *Non expedit*. Notat Casan. in catalog. I. part. consideratione 60. quod homo non debet gloriari, appetendo honorem terrenum non sibi debitum, quoniam ad honores mundi sine suffragio temporis, aut sine merito laboris, velle promoveri, dicitur ambitio, quæ non est permissa, cum sit inordinatus appetitus honoris terreni, & amplitudinis dignitatis cap. miramus in fine 6. distinct. & ideo ut dicit D. Thom. 2. 2. quest. 131. artic. 2. & Alexander de Ales in 2. part. summa in tract. de ambitione, est peccatum, quia cum honor sit premium virtutis Artif. 4. Ethic. Ambitiosus

tiosus desiderat præsidentiam, & regimē, quod non debetur, nisi virtuosis, & per consequens non sibi; Inde etiam si esset sanctus, ex ambitione fit indignus; 1. quest. 1. cap. principatus; legge plura apud eundem Cassan. de hac ambitione, ubi etiam de illis, qui dignitatem ambiunt, verbo, procuratore, precibus, nec non pecunia.

Ibi, Se obligare. Similis textus est. 1. Cod. ne liceat poterioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre, ubi ita textus; Divinè admodum constituit D. Clandius consultissimus Princeps parent nosler, ut iactura cause afficerentur ij, qui sibi poteriorum patrocinium advocassent; ut hoc proposito metu, iudiciale lites potius suo marte decurserent, quam posteriorum domorum opibus niterentur; & intelligitur hic poterior nō omnis adversarius, qui maior est eo, contra quem præstat patrocinium, sed de eo, qui terribilis est, & minacem favorem ostendere potest, ut probat Sebastianus Brant. supra predictum titulum.

CAP. Negotiatorem. IX.

S V M M A R I V M.

1. **Easne sit clericis, & religiosis per alios negotiari?**

2. **Possunt clericī artificio aliquo uti, ut aliquid lucentur.**

3. **Aliquarum rerum venditio nō est clericis prohibita.**

4. **Vtrūm religiosi ex India Orientali possint suas merces mittere in Lusitaniam vendendas?**

In textu, ibi, Negotiatorem clericum. Probavimus ad cap. consequens 2. has eadem distinctione, negotiationem merè lucrativam esse clericis illicitam, & interdictam, quod etiam ex hoc cap. confirmatur. Aliquæ tamen difficultates sese modo offerunt enodandæ. Prima difficultas est; Vtrūm sine peccato possint clerici, vel religiosi per alios negotiari, qui totam industriā præstent, ut si pecuniam in societate mercatorum dedositam habeant? Respondeo posse; ita Lessius lib. 2. cap. 15. dubit. 1. cum Medina, & Molina disput. 342. probatur quia, tunc cessat ratio prohibitionis, & quia solum prohibitum est, ne per se negotientur. Videtur tamen parum decorum statui ecclesiastico; unde non puta-

rem faciendum, nisi iusta aliqua causa excusat, ut sentiunt etiam Lessius, & Molina ubi supra. Adde Navarr. de spolijs clericorum, §. 8. in fine, qui nostri textus meminit. D. Thom. 2. 2. quæstione 77. articul. ultim. ad 3.

Secunda difficultas est. An clericis fas sit artificio aliquo uti, unde aliquid lucentur, ac vitam sustentent? Respondeo hoc eis licere, dummodo ea de causa præstare non omittant ea, ad quæ ex officio clericali tenentur; & dummodo artificium turpe non sit, ac sordidum, clericisque indecens; ita Lessius lib. 2. cap. 15. dubit. 5. Sæc. verbo, clericus, Benvenutus stracha de mercatura 3. part. num. 5. cum Abbat. Franc. & alijs; item Molina tom. 2. tractat. 2. disputat. 342. quæ quidem resolutio multis ioribus est expressa, cap. clericus 1. & 2. 91. distinctione, & vide quæ ibi dicemus. Confirmatur præterea conclusio exemplo Pauli, qui cum episcopus esset, operabatur manibus suis, artemque scenofactoriæ exercebat, ut Att. 18. constat. Dictum est, modis artificium turpe non sit, ac sordidum; quoniam sicut clerici prohibentur exercere officium tabernarij, ac lanij, propter indecentiam, ac vilitatem officij; sic prohibita eisdem censentur similia artificia vilia, ac sordida, ut coriarij, hoc est, eius, qui pelles in corium aptat, atque alia eiusmodi, similiter exercere prohibentur officia clericis indecentia, ut confiscare cartas luforias, taxillos, atque arma bellica; ita Molina citatus.

Tertia difficultas est; An clericis liceat aliquarum rerum venditio? Respondeo posse clericos agros proprios colere, ut fructus vendat; lapides, vel metalla, ex suis fundis cædere, vel eruere, sive ea mutant in aliam speciem, sive non; greges in suis prædijs alere, ut ex foetu, lacte, lana, pecuniam conficiant, aut ut ipsa animalia adulta, & fuginata vendant, ut cum Medina, & Molina docet Lessius lib. 2. cap. 15. dubit. 1. & ratio est, quia hæc omnia sunt fructus, vel quasi fructus agrorum; ita etiani Comitolus lib. 1. quæst. 53. num. 2.

Ultima difficultas est. Vtrūm religiosi, qui sunt in Brasilica Regione, & in India Orientali, qui dilatationi, & conservationi ecclesiæ navant, quique ad suam congruā sustentationem multis rebus indigent ex Hispanis ad eos mittendis, possint mittere suas merces in Lusitaniam, ubi plus valent, ut ex pretio necessaria illismittantur? Affirmat Molina tom. 2. tract. 2. disput. 342. assertaque nihil in huicmodi negotiatione sacris canonibus contrarium continent; dummodo nihil plus mercium, quam ad emenda in Lusitania necessaria mittatur. Quare cum ex negotiatione ecclesiasticis non illicita, tributum non debeatur, utique inquit Molina, neque ex mercibus ita misis, neque ex illarum pretio tributum ullum debetur. Ego quidem

quidem idem sentirem, dummodo sub colore necessitatis mera, & illicita negotiatio non misceatur. Lege Gabrielem Pereira in 2. part. manus Regia, cap. 38. num. 35. an clerici teneantur iurare, an rebus extra Regnum deductis opus habeant ad proprium usum.

CAP. Fornicari. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Negotiatio in varias species dividitur.
- 2 Propriissimè sumpta neque vitij, neque virtutis opus est, sed indifferens ad utrumque.
- 3 Negotiatio est Reipublicæ simpliciter utilis, & necessaria.

IN textu, ibi, *Negotiari*. Tres species negotiationis distinguit Molina tom. 2. tract. 2. disput. 339. Prima est qua ab unoquoque ea emuntur, quæ ad suam, familiæque, sustentationem necessaria sunt, superflua vero venduntur; & hæc quasi naturalis est, & de se bona, ac licita, ut D. Thom. 2. 2. quæstione 77. artic. 4. & Doctores communiter cum Aristotele. 1. Politie. affirmant. Alia est qua emitur aliquid, ut per industria commutatum vendatur, & hec non est mera negotiatio; Vnde D. Tomas, eam sub prima specie comprehendisse videtur. Tertia denique negotiatio est, qua emitur aliquid, ut immutatum, carius ad lucrum cōparandum vendatur; atque hæc dicitur propriissimè negotiatio, & de ea potest esse dubium, sit ne licita, an non? de quo in sequenti numero.

2 Ibi, Aliquando licet, aliquando non licet. Certum igitur est, quod negotiatio hæc pressè, & propriissimè sumpta, neq; virtutis neq; vitij sit opus, sed indifferens ad utrūq; Ita *Sotus de iust. & iure lib. 6. quest. 2. art. 2.* Molina tom. 2. de iustiis. disput. 339. Lessius lib. 2. capit. 21. dubit. 1. Benuenutus strach. tract. de mercat part. 1. num. 28. & 29 ubi refevit pro hac resolutione. Abb. Salic. Alens Scot. Arch. Flor. D. Thomam, & alios, eamque omnes probant ex verbis nostri textus. Hinc colliges, si negotiatio debite fiat, ad bonumque finem ordinetur, licitam esse, ac bonā moraliter, ut tenent prædicti Authores; si autem propter solūm lucru exerceatur quādam per se fera turpitudinem,

ut probat D. Thomas. 2. 2 quæst. 77. art. 4. & *Sotus cuius conclus. 2.* quoniam lucrari per se nihil necessariorum, honestum ve nominat. *Pereira de manu Regia 2. part. cap. 24. num. 34. vers. eius*, qui nostri textus meminit.

Ibi, Licet ei negotiari. Negotiatio non solum potest esse licita, ut ostendi, sed est Reipublicæ simpliciter utilis, & necessaria, ut ostendunt *Sotus de iustit. & iure lib. 6. quæst. 2. art. 2. conclusiones 3. Molina tom. 2. disput. 339.* probatur, quia non omnis provincia omnibus abundat, quibus indiget; sed pro climatum varietate alia affluunt terræ fructibus, & officijs, quorum alia inops est; & vice versa; neque possunt indigentium singuli tam longa facere itinera, ut minutiora, quibus indigent, apportent, necessarij ergo sunt, quibus ea sit cura, ut merciū copias hinc inde transvehant, quas singulis minutius vendant; & quod de loco diximus, de tempore etiam censendum; quare nisi essent qui emerent, ut in aliud tempus necessitatis cūlōdissent, non posset Respublica servari in columis. Lege Pined. lib. 4. de rebus Salomonis cap. 23. ubi querit, quantæ fuerint Salomonis opes ex negotiacione? Vbi ita, ut illam omitamus mercandi, & negotiandi rationem, quæ sordidior est, &c. Ad illam veniamus, quæ Rege, & Principe indigna vobis sit, & videatur quidem Salomon duplē exercuisse mercaturam marit alteram, alteram terra, &c.

CAP. Eijciens. XI.

- 1 *Beroi error.*
- 2 *Homo mercator, seu negotiator multis sue salutis periculis exponitur.*
- 3 *An mutuum danies dici possint negotiatores, & mercatores.*
- 4 *Appellatione mercatoris, an continetur usurarius?*
- 5 *Vsurarius icclē dicitur maledictus?* & num. 6.
- 7 *An, qui tantum prædia propria locat, & aliorum cōducit, mercator, seu negotiator sit?*
- 8 *Pecunia nomen varie accipitur.*
- 9 *Vsus pecunia duplex.*
- 10 *An licet locare pecuniam pro eius locatione, aliquod interesse accipiendos?*

- 11 Quid sit nummus, & unde dictus.
 12 De nummorum inventoribus, & imaginib.
 13 Homo, qui non ostendit in se imaginē
Dei, reprobus estimatur.
 14 Lex vetus per Moysen data, abrogata
est post Christi adventum.

In textu. Quanvis Berous in cap. nulli num.
82. vers. non obstat, de rebus eccl^{esi}ae non alienaydis, dicat hunc textum esse Paleæ,
& Gratiani, tu dicas esse Chrysostomi in homil. 38.
ad cap. 21. Matthæi, ut advertit Tiraquel. de nobilit.
cap. 33. num. 9. & observabit editio Gregoriana
in præsentia.

2 In textu, ibi, *Homo mercator*
vix, aut nūquā potest Deo placere.
Quia in multis salutis suæ versatur periculis.
Negotatio enim non solum ex circumstantijs
personæ, loci, ac temporis reddi potest mala,
sed etiam ex periurijs mendacijs, excessu in
pretio, atque ex alijs circumstantijs provenientijs
ex malitia negotiantium; itaque negotia
tio propter lucri cupiditatem, res est de se, at
tentia hominum fragilitate, pravaque inclina
tione, multis conscientiæ periculis exposita;
quod ostendit illud. 1. ad Timot. 6. Qui volunt di
vites fieri, incident in tentationem, & in laqueum Dia
boli; Hac de causa illam Patres tantopere vituperant: *Lege Sotum de iustitia lib. 6. quaest. 2. artic.*
2. & Molin. de iustit. tom. 2. disput. 339. conclus. 2.
Abb. in cap. fin. num. 18. de usuris. Navar. consil. 3. num.
5. & 8. de testamentis, & in cap. *Quiescamus* numer. 49.
& multa de mercatorum officio tradit Tiraq.
de nobilit. num. 7. & sequentibus, & num. 19. & de
legalitate mercatorum, vide eundem Tiraquel.
de pœnis, cap. 51. num. 142. *Decium* consil. 111. Pro
tenui, nam. 11. ubi in principio nostri textus me
minuit.

3 Ibi, *Quis non est negotiator.*
Occurit h̄c illa quæstio, quā plerique tractant,
num scilicet mutuum dantes, seu mutuatores,
dici possint negotiatores, & mercatores? Be
nvenitus tract. de mercat. part. 1. num. 41. 42. 43. tri
plicem statuit conclusionem. Prima conclusio
sit, Pecuniam mutuam accipientes, negotiari
dici non possunt, seu mercari, negotiatoresq;
seu mercatores, probatur in l. in eum, ibi *Glossa*,
Angel. & *Paul. Castro.* Cuius rei illa ratio præci
pué à Baldo redditur in l. 1. *Cod. de inst.* & *exer*;
quoniam mutuum accipere sponte sua, & ex
se non est negotiari, ad quæstum enim, seu ad
acquirendum non est; coniunctum autem cum
alio actu, potest appellari negotiatio, & tunc

merito inducit inflitotiam; ut illud, quod h̄c
facit simplex natura mutui, faciat materia cō
juncta cum alia. Secunda conclusio. Mutuum
dantes simpliciter mercatores dici non pos
sunt, ut probat Bart. in l. legatis sub num. 2; citans
l. in eum, ff. de inst. Tertia conclusio. Dantes mu
tuas foenebres pecunias, rectè possunt dici ne
gotiatores, non autem mercatores, & sic ne
gotiari, non autem mercaturam exercere, ut
cum Accurt. Angel. Paul. & Bald. late probat Be
nvenitus citatus, num. 43.

Ibi, *Super omnes mercatores* &
maledictus est usurarius. Quæsti hic
potest, an
appellatione mercatoris cōtineatur usurarius?
Hanc quæstionem tractat Benvenitus tractat. de
merc. part. 1. à num. 27. Pro parte, quæ affimat,
citat Dominic, & Archid, idque contendunt pro
bare verba nostri textus, quoniam comparati
vum supponit positivum, & quod vni com
paratur, eiusdem accidentis particeps fit l. ubi
autem non apparet, ff. de verbor. obligat. Pro alia
parte, quæ negat usurarium esse mercatorem,
sed fœneratori similem, adducit Romanum, &
Angel. quos ipse sequitur. Ex qua sententia in
fert legem municipale de mercatore loquē
tem in usurario, seu fœneratore locum non
habere; idque probat cum Bald. & Albert. de Roj.
Alcia. in l. mercis, scripsit, usurarios mercatores
non esse, quinimo si quis sit mercator, & fœ
nus exerceat, mercatorum privilegijs nō fru
etur, quoniam non est verisimile legislatorem
tām improbo homini quicquam voluisse in
dulgere. Ad verba nostri textus varias addu
cunt interpretationes, una est, h̄c usurarium
appellari abusivē, & æquivocè mercatorem,
non verò proprię; sicut mala consequentia, nō
est consequentia apud Dialecticos.

Ibi, *Maledictus est usurarius.* 5
Ad eo maledictus est usurarius, ut cap. quia in om
nibus de usur. Quod est Concilij Lateranensis,
statutum sit, ut in manifesti usurarij ad commu
nionem altaris non admittantur; quod licet
Panorm. ibidem. Angel. verbo, *usura* 2. num. 5. &
alij intellexerint, quod sacrificio altaris, ut
erubescerent, interesse non sinerentur, eo pac
to, quo excommunicati interesse non permit
tuntur, textus tamen id nō sonat, sed quod ad
Eucharistiæ perceptionem non admittantur,
ut Sylvest. & alij affirmant cum Molina tom. 2. de
iustit. disput. 334. Insuper sancitum est, ut obla
tiones in ecclesia ab his non recipiantur. Con
stitutū præterea est, ut si in eo peccato ex hac
vita decesserint, ecclesiastica sepultura eis nō
reddatur, & insuper, ut si quis ab eis oblationē
acceperit, aut eos ecclesiastice sepulturæ tradi
derit,

derit, reddere compellatur, quod accepit, & donec episcopi arbitrio satisfecerit, sit suspensus. Constitutionem hanc precepit Gregor. 10. in Concil. Lugdunensi, Clement. 1. de usuris, sub intermissione divinæ maledictionis inviolabili observari.

Si quæras, an prædicta suspensio incurrit ipso facto? Affirmat. Molina citatus; quam sententiam dicit esse communem Doctorum; Negat tamen Suarius de censur. disput. 31. sect. 2. n. 10. ubi ait, post extravagantem ad evitanda, supradictam suspensionem non incurri, donec usurarius sit specialiter, & nominatim per sententiam condemnatus, vel saltem de tali criminis declaratus. De alijs pœnis usurarij, tam laici, quam clericij alibi dicendum, interim videatur. Molina disput. 334. citata.

Ibi, *Qui agrum locat*. Quæri potest, An qui tantum prædia propria locat, & aliorum condicet, mercator, seu negotiator sit? Bart. in l. legatis, negat hunc mercatorē esse, citat l. si cum villico, ubi casum eius de quo queritur, esse dicit ff. de inst. Bart. consentiunt Alex. Aymon. Cravet. Ber. & elij plerique, quos citat Bennenius in tract. de mercat. part. 1. numer. 48. idque probant verbis nostri textus. Addit tamen Bennenius eum, qui agris colendis quæstus causa operam dat, negotiatorem, non autem mercatorē dici posse, ut recte l. quicumque in §. Labeo, ff. de inst. Vnde negotiatores, non autem mortores dici posse existimat, qui agros conducunt, ipsosque colunt, & eorum & a quæstus causa huic negotio se dedunt, & in hoc se exercent.

Ibi, *Quonia pecunia*. Pecunia hinc strictè sumenda est pro pecunia nummata; Nam latissime pecunia dicitur quidquid homines possident in terra cap. totum. 1. questione 3. & probat latè Cassan. part. 12. consideratione 54. ex varijs legibus; item cum Bart. & Iason. Accipitur namq; pecunia latissimè pro omni re, qnæ est, vel esse potest in patrimonio, & est clarus textus in l. pecunie. 2. 3. ff. eodem, qui ait pecunie nomine non modo numeraria pecunia, hoc est numi, sed omnes res tā soli, quam mobiles, & tam corpora, quam tuta contineri.

Ibi, *Non ad aliquem usum disposita est, nisi ad emendam*. Intelligi debet de usu principali, & primario pecunie, non de secundario, Nam ut cum D. Thom. 2. 2. questione 78. articul. 1. in solut. ad sextum, docet Ludovicus Lopez lib. 2. cap. 24. item Ioann. Nider. tract. de contr. mercatorum, cap. 3. num. 15. usus pecunie duplex est, alius enim usus est principalis, scilicet distraetio pecuniae in cōmutationes, alius vero eius usus potest esse secundarius, videlicet uti pe-

cunia argentea, vel aurea ad ostentationem, & pompani, vel ad statuendam eam loco pignoris.

Hinc ergo insurgere potest quæstio. An licet locare pecuniam, pro eius locatione, aliquod interesse accipiendo? Cui quæstiōni respondendum est ad mentem D. Thomae cum Ioseph. Nider, Ludovico Lopez. citatis, quanvis pro principali usū pecunie, nullus aliquid ultra fortē ratione mutui possit accipere; tamen si consideretur pecunia in ordine ad usum secundarium, id est, ad ostentationem, & pompanam, ad quam eius cōductor ea uti parat, vel ad depoñendam eam loco pignoris, talem usum pecuniae licet homo vendere potest, & locare; ita præter Authores citatos tenet. Lessius lib. 2. capit. 23. num. 4.

Ibi, *Sicut nummus habet charagma Cæsaris*. Nummus, ut probat Cassan. part. 12. considerat. 54. cum Iason. & Cælio; est qui rebus mensuram infert, ac estimationem, etique medius quodāmodo, cuncta metitur, ac rerum pretia inæqualium ea mensura ad æqualitatem revocantur, quia verò ex lege; est non natura propinde numimi prorepfit appellatio à nomo id est lege estque ut Aristoteles inquit, tanquam fidei iussor, quapropter nummum monetam appellare, quod signo nummis matis monetantur, cuius prædij esset.

De nummorum inventoribus. & usu apud veteres, & de imaginib; quæ in illis insculpabantur, vide Alexandrum ab Alexandro lib. 4. Genialium dierum, cap. 15. ubi etiam invenies quomodo observatum fuerit, ut imagines Cæsarum cum inscriptione, & titulis nummis adscriberentur: Lege expositores ad illum, locum Matth. 22. num. 20. Cuius est imago hac, & superscriptio? dicunt ei, Cæsar, &c.

Ibi, *Homo, qui nō ostendit in se imaginē Dei, reprobus estimatur*.

Nam ut ait Apostolus ad Romanos 8. nn. 29. Quos præcivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Est enim Christus Dñs, ut ait Sotus ad hunc locum Pauli, causa nostræ salutis, qua homo est, non solum meritoria, & suo gradu efficiens, sed etiā exemplaris; ad cuius scilicet similitudinem beatificati sunt omnes sancti, quotquot participes futuri sūt hæreditatis æternæ, & ipse quidē, qua homo est in culmine participatae beatitudinis, ad quā tanto propius, vel distantius accedunt beati homines, quādō per ipsius gratiā plus, minus vē charitate profecerūt. Lege expositores ad hūc locū Pauli, itē ad illū 2. ad Corint. 15. Sunt portavimus imaginem terrenū, portemus, & imaginem caelestis.

calestis, & ad illum locum. Genes. 1. Creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creauit illum.

I4 Ibi, Eversæ sunt scripturae eorum. Conclusio certa est, legem veterem per Moysē datam abrogatam esse post Christi adventum, vñq; obligandi a missione, ita definitum est ab Apostolis. Azor. 15. per illa verba; Visum est spiritui sancto & nobis &c. Et in illius confirmationem, & defensionem multa Paulus scripsit varijs in locis; Ad Romanos 6. Non estis sub lege sed sub gratia, vide latissime Suarium de legibus lib. 9. cap. 10. & 11. & est texius in cap. 11 translato de const.

CAP. Quoniam. XII.

S U M M A R I V M.

- 1 An sit licitum uti maleficio ad procurandam sanitatem.
- 2 Occasiones malorum an sint fugienda.
- 3 Variæ difficultates in opere faciendo posunt occurrere, & quæ earum augeat meritum?
- 4 Vtrum de proprijs operibus possit quis gloriari?
- 5 Otium, aliud fugiendum, aliud laudabile, & amplectendum.

I N textu, ibi, Ligaturas sacrilegas, & incantationes queruntur.

Certum est nunquam ob quemcumq; finem, licitū esse uti maleficio; unde patet, quod neque propter sanitatem corporis consequendam, ita Sanches de matrim. lib. 7. disput. 95. num. 1. probatur ex cap. qui sine salvatore 26. quest. 2 & cap. admonent, & cap. Observeis 26. questione 7. & cap. illos 26. quest. 2. Quare iure optimo artic. 5. & 7. Parisiensi decisum fuit, errorem esse affirmare, licere ob quemcumque bonum finem maleficijs uti; vel circa hoc dispensationem cuiquam fuisse concessam. Quare ut notat Sanchez à veritate abhorret, quod dicitur I eorum 4. Cod. de maleficijs, & I Regia 3. tit. 23. part. 7. & tradit Azor in summa tit. de maleficijs, nempe maleficos bona fine maleficia exercentes, ne fructus terræ vi ventorum, ac grandinis absumentur excusari, & ita Bart. d. l. eorum num. unico, & ibi Salicetus num. unico Gregor. Lop. ea l. 3. verbo, Razon. Azeved lib. 8. recopil. m. 1. l. 5. num. 13. dicunt in foro conscientiæ hoc nullo modo licere, quavis

attento ipre civili id delictum minime puniatur; Quare illæ leges intelligendæ sunt, ut id delictum vacet poena in foro civili: non autem culpa careat. Varias quæstiones circa hanc matteriam lege apud eundem Sanches d. disputat. 95. & 96. & nostrum textum dicit Augustum Ripa de peste fol. 74. col. 3. num. 53. quem refert, & sequitur Boerius decis. 323. num. 20. post principiū, & vide Padilla in l. transigere num. 30. Cod. de transaction.

Ibi, Negotiatione enim me non 1 facit malum. Similis fuit illorum vox, qui non solum existimabat æquè bonum esse manere in sæculo, ac ingredi religionem, sed manere in sæculo esse aliquid gloriosius & argumentabantur sic; Virtus circa n. agis difficile consistit; sed difficilius est, inter multas peccandi occasiones peccata vitare, & mirabilius est hominē in medio flamarū nō uriri, & gloriosius est inter numerosiores hostium acies, & frequentiores insultus, & maiora bello: ñ discrimina de hostibus triphare; ergo gloriosius est manere in sæculo inter occasiones ac proinde mrioris meriti, quā ingredi religionē, & occasionses fugere. Hos tamen egregie refellit. D. Bonaventura in Apologia pauperum in prima responsione 3. particula, artic. 2. & D. Hieron. contra Vigilantium; ubi egregie probat hi Authores, malorum occasions esse omnino fugiendas, & evitandas; ponam hic, quæ docet D. Bonaventura in solutione præcedentis quæstionis, quæ magnam lucem nostro textui, & capiti afferent.

Triplex, inquit Divus Bonaventura, datus difficultas; Prima provenit ex arduitate, & nobilitate generis operis, sicut omni se castrare concubitu, omni abrenuntiare possessioni, & omnino se alienæ propter Deum subiucere voluntati; & hæc absque dubio auget meritum. Est & alia difficultas veniens ex vitiositate per se agentis, sicut difficilius est diviti avaro dare minuta, quam largo maiora, & superbo se alteri subdere, & gulosi ieunare, & assueto voluptatibus carnis difficilius continere; & hoc non auget meritum, sed miseriam. Est & tercia difficultas ex circumstantijs extrinsecis annexis trahens originem; sicut difficilius est abstinere, cum apponuntur delicata cibaria; difficilius est bona temporalia contemnere, quando offeruntur magna, & pulchra; difficilius continere in consortio sceminarum, & hæc difficultas per accidens, & indirectè auget aliquando meritum, cum virtus inter hæc illæ triumphat; sed directè, & per se, est magis via ad ruinam, & ideo fugienda. Vnde patet, cum negotiatio sit magis via ad ruinam, esse fugiendam, quia fugiendæ sunt malorum occasions.

Ibi, Nemo de suis operibus glorietur. *Bellarmin.lib.5. de iustificatione cap. 7. il-*

Jam contra hæreticos tractat quæstiōnem; Vtrūm quis possit in proprijs meritis fiduciam probat, & ex sacræ scripturæ testimonijs. Prima conclusio, fiducia sanctorum, quā in Deo constituunt, non ex fide sola, sed etiam ex bonis meritis nascitur. Secunda conclusio. In bonis meritis, quæ verè talia esse compertū sit, fiducia aliqua collocari potest, modo superbia caveatur. Tertia conclusio, propter incertitudinem propriæ iustitiae, & periculum inannis gloriæ tutissimum est, fiduciam totam in sola Dei misericordia, & benignitate repōnere.

Ibi, Quia negat otium. *Quanvis detur otium*

minime laudandum, sed potius puniendum, ut ostendit Bartholom. Cassan. part. 11. consider. 1. & 29. Tales enim otiosi, ignavi, & inutiles patriæ sūt magis oneri, quām honori, ut ait Valerius lib. de testamentis, quæ rescissa sunt cap. 2. Datur tamen aliud otium laudandum, quod est literatorum, ac contemplatiū veritatem; de quo Cato dicebat; Viro nobili quemadmodū negotij, sic & otij rationem extare oportere. Hoc idem Seneca in epistolis amplectendum suadet honesto, ac prudenti viro, quo ex actionū tumultu, tanquam importum se tandem recipiat, ubi se se primū, deinde humana pariter, ac divina dignoscat, & ut ait Bernard. Otium est vacare Deo, imo negotiū negotiorum, ubi nullū admittuntur otium. De hoc otio laudabili addit multa Cassan. part. 12. considerat. 49. legē etiam. Ioann. de Monthel. in suo promptuario iuris, in verbo, otium. & Lusam de Peña in l. 1. col. 2. Cod. de excusat. artificiū. lib. 10. ubi amplè tractat. de dupli ci otio, laudato scilicet, & illaudato.

CAP. Quid est. XIII.

S U M M A R I V M .

- 1 *Cassiodorus quis fuerit?*
- 2 *Negotiatores vituperabiles exterminari debent.*
- 3 *An clerici teneātur erogare pauperibus quod ex mercatura superlucrati sunt.*

IN superscriptione, ibi, *Cassiodorus.* Marcus Aurelius Cassiodorus Senator, & ab epistolis regi Theodorico fuit, auctusque amplissima dignitate præfectus Praetorij, quanta vir pietate

enituerit iste, & epistola eius illustres, & illustriora facta manifestant: quæ apud Baronii tom. 7. Annal. anno Christi 574. num. 2. & deinceps, feliciter referuntur, & perenni memoria dignus commendatur. Scriptis duodecim epistolaram libros, & chronicū breve ab initio mūdi usq; ad tēpora Thedorici Italix regis cōtexuit itē alios duodecim libros de gestis Gothorum. Ac tandem mundo vale dicens monachusq; effecetus, & totum dedit rebus divinis: & de divinarum lectionum cōstitutionibus, in psalmos, & in Cantica Canticorum per pulchra edidit commentaria, historiamque Tripartitam ex libris, Sozomeni, & Theodoreti latinitate donatis per Epiphanium coagmentavit. Lege Bellarminum de scriptoribus ecclesiasticis sub anno trigesimo super quingentesimo. Porrò eiusdem Aurelij opera omnia quæ extant locupletiora, & auctiora ex fide manu scriptorum prodierunt, multa item perierunt. Possevinus audiatur in apparatu sacro, verbo, *Cassiodorus.*

In textu, ibi, Negotiatores, ergo illi abominabiles. Explicationem

nostri textus videlicet apud Benvenutum de mercatura part. 1. num. 29. Bernard. in practic. cap. 55. littera A. vers. erit. Adde Salicet. in Antiphon. ad hac quæst. 21. num. 18. C de nū, qui censet cōsuli in dicto capite, ne quis incaturam exerceat, propter mendacia, ac quæflus cupiditates, ne ve consequenter anima de templo Dei ejiciatur, hos verò negotiatores, qui hic abominabiles vocantur, meritō censet Scottus in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 2. reiiciendos esse, & exterminandos à Republica, & procul à patria relegandos, quoniam prohibent, inquit, imm. mediatam cōmutationem volentibus emere, & commutare; & per consequens faciunt quodlibet veniale, vel usuale carius ementi, quām deberet esse, & vilius vendenti, & sic utrique parti dānum inferunt, ita etiam Benvenutus citatus nn. 34. 35. & Ioann. Nider. cap. 2. numer. 11. qui præcipue loquuntur de ijs, qui emunt, ut ad diē vendant.

Ibi, Per immoderatum pecunia ambitum polluuntur. Hic illa quæstio

excitari potest, quam tractat Benvenutus de mercat. part. 3. num. 7. Vtrūm clerici teneantur erogare pauperibus, quod ex mercatura superlucrati sunt? & quidem Benvenutus ait, per esse, ut clerici animabus consulere cupientes, restituere teneantur. 14. quæst. 5. cap. Qui habetis, & scribit Car. in Clem. 1. in fine pe vita, & honest. clericor, qui referendo Tra. Alla. subdit. Si totum non reddiderint, ex hoc in statu dānationis esse non censi; ea causa, & quæst. cap. non sane, & si pauperibus non dederint Zenz. & Innocent. Non tamen clericos dānitari sensisse refert; legē Benvenutum citatum.

CAP. Neque. XIV.**S V M M A R I V M.**

1. Clerici tutores, & curatores esse non possunt, nisi legitima tutela.

2. An liceat pro eo orare, qui in peccato mortali decepsit?

3. An mortui possint excommunicari?

IN textu, ibi, Presbyterum laus s. sit tutorem constituere.

Episcopus tutor, aut curator esse non potest, nisi miserabilium personarū, quarū bona perirent, nisi ipse succurreret. Authent. de sanctissim. episcop. Antebent. presbyter. 3. c. de episcop. & cleric. leg. 14. titul. 16. part. 6. Similiter clerici in sacris ordinibus constituti, tutores, & curatores esse non possunt testamentaria, aut dativa tutela; legitima vero, quando proximiores sunt integrando pupillo, esse possunt, sed non tenentur: ita habetur Authenticis citatis, & l. 14. titul. 16. part. 6. nostrum vero caput loquitur de testamentaria, aut dativa tutela, ut ait Molina tom. 1. tract. 2. disput. 221. Fas etiam est clericis, tutores, aut curatores esse miserabilium personarum in eventu, in quo dictum est id licere epis copis. Religiosus tutor, aut curator esse non potest, ut probat Molina citatus, ubi ait non esse audiendam Glossam cap. ultim. 86. distinctione, quæ cum primò consentiat, postea subiungit, per illud caput corrigit Authent. quasi Monachus, aut episcopus suscipere possit, si non testamentariam, aut dativam, certè legitimam tutelam, eodem modo, quod de clericis dictum est.

Ibi, Aut deprecatione aliqua.

Hinc patet, non esse orandum pro ijs, quos lethali culpa constrictos decepsisse manifestò, ac certò constiterit, ut probat Azor. lib. 9. instit. moral. cap. 31. Nam ex Concilio Bracharensi dicitur. Placuit ut ijs, qui sibi ipsis voluntarie inferunt mortem, nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratione fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deferantur. Similiter, & de ijs placuit sieri qui profisi sceleribus moriuntur impenitentes, & 23. questione 8. cap. quicunque clericus, ita statuitur: Quicunque clericus, aut in bello, aut in rixa, aut in Gentilium ludis mortuus fuerit, neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur, & certè non esse orandum pro tali peccatore; probat Suar. de penit. disput. 8. sect. 1. num. 22. cum D. Augustin. D. Gie-

gor. D. Hieron. Quia talis peccator, est iam extrā statum salutis, & sicut pro damnatis non est orandum, itaque neq; pro eo; & quod notorius peccator, qui subito absque signis contritionis decessit, non sit sepeliendus in loco sacro, docet Navarr. cap. 26. numer. 33. probat cap. quibus 13. quastione 2. & cap. omnis de pœnit. & reparatione. Lege Authores ad illum locum primæ epis. lxx. Ioann. cap. 5. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis.

Ibi, In ecclesia frequentetur.

Per hunc textum, & alia iura tenent nonnulli Doctores, quod mortui excommunicari possunt. DD. in cap. sane 24. quastione 2. Richard. in 4. distinctione 18. articul. 5. quastione 4. & ibi, Gabriel. quastione 2. articul. 2. facit textus in cap. si quis epis copus de hereticis, ubi præcipitur, ut propter qualiam delicta epicopi saltē post mortem ei anathema dicatur. Sed contrarium tenendum est. Nam directe non potest homo mortuus censurari, & consequenter neque in eum potest directe censura ferri, ut docet Navar. in Manual. cap. 27. num. 13. Covat. in cap. Alma part. 11. §. 1. num. 8. Cast. lib. 2. de insta hereticor. punit. cap. 19 & 20. comprobat latē Suar. tom. 5. de conf. disput. 5. sect. 1. ubi num. 5. & 9. nostri textus meminit, & ad contraria fundamenta respondet.

DISTINCTIO. LXXXIX.**CAP. Singula. I.****S V M M A R I V M.**

1. Plura beneficia ecclesiastica in una persona sunt incompatibilia.

2. An plura possint bona fide obtineri, etiam Romano Pontifice concedēte, sen permittente?

3. Quinque causæ, quæ aprobante iure, plura largiuntur beneficia.

4. In quibus beneficiis haec pluralitas Canonum auctoritate concessa locum habeat?

5. An habeat locum in commendis.

6. Unum solum officium vix digne quis potest implere.

IN textu ibi, Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusq; personis, singulatim cōmitti iubemus.

De in-

De incompatibilitate multorum beneficiorum in una persona vidēndus *Gracia de beneficijs, pars II. toto cap. 5.* ubi de hac materia latissimè; de eadē copiosum tractatum edidit *Alphonsus de Hojeda Consule acta Concilij Chalced. cap. 10.* quod habetur 21. questione 1. cap. clericum, & septima. 8. 2. nodi cap. 15. quod habetur eadem quest. & causa. can. 1. & decretum concilij Lateranensis sub. *Innoc. 3.* quæ eius est decretalis, de multa de præbend. cap. 17. *Concil. Trident. sess. 24.* *Sanctionem Urbani in Concilio Placentino, Extravagantem Ioann. 22.* execrabilis de præbendis, & Doctores ibi.

Dubium est. Vtrum saltē bona fide possit quis plura obtinere beneficia ecclesiastica, etiā Romano Pontifice, seu permittente, seu concedente. Hanc quæstionem sub his terminis tractat *Comitolus lib. I. respons. moral. questione 73.* ubi affirmativè resolvit, si iunctæ ad sint causæ; Neque de hoc dubium esse potest. Causæ vero ad plura uni beneficia concedenda sunt duæ; necessitas ecclesiarum, seu beneficiorum, & corundem utilitas, de quibus *D. Bernardus. Henric. Gand. Adrianus, Innocent. Honorius, Gabr.* & alij relati ab eodem Comitolo, præter has duas causas, non nullæ sunt aliæ ad facilius dispensandum impellentes, ut personæ conditio, nobilitas, fama, litterarum scientia, cursus, ut inquit *Innocent. 3. in cap. Notuit.* §. Multa enim de electione, & in cap. de multa providentia de præbendis, §. Extremo.

Quinque etiam causæ sunt, quæ approbante iure, plura largiuntur beneficia quas persequitur *Glossa 21. quest. I. in principio D. Anton. in 3. part. tit. 14. cap. 1. §. 6. Pisanella.* quem citat *D. Antonin. Sylvest.* in verbo, beneficium sect. 4. num. 3. *Rofella in verbo, beneficium sect. I. numer. 8. Tabiena eodem titul. num. 31. Armill. eodem num. 47. Sotus de justit. & iure questione 5. articul. 3. Adrianus in 4. disp. de restituut. quest. quia in premisis. §. in hac questione Gabr. in 4. distin. 5. q. 8. articul. 3. dubio. 2. notab. 3. littera O.* In quibus causis agnoscit dispositionem iuris, non iudicis. Prima causa est, cum beneficium est tenuē, nec sumptus suppeditat suo possessori necessarios; tunc enim potest cū eiusmodi beneficio aliud coniungi, vide *Concil. Trident. sess. 24. cap. 17.* Secunda, cum una ecclesia pēdet ex alia, vel quia altera alteri subiicitur, vel quia est in alterius fundo altera constituta. Tertia, sacerdotum penuria. Quarta, quando quis vnius ecclesiae obtinet titulum, altera est ei commendata. Quinta cum ecclesia annexa est dignitati, vel præbendæ; quo tempore, qui maiori ecclesie, per se præstat obsequia, parochiali per idoneum vicarium inservire debet; harum causarum iura vide apud *Comitolum in lib. de officijs parochiorum.*

Hanc pluralitatem Canonum autoritate concessam. *D. Antonin. 3. part. 14. capit. I. §. 6. &*

Sylvest. verbo, beneficium 4. num. 3. aiunt locum habere in beneficijs, quibus non sit adiuncta cura animarum, & beneficijs, seu præbendis, quæ non sint in eadem ecclesia constitutæ; huinsque interpretationis, seu moderationis authorem Archidiaconum proferunt; de illa latissimè, & doctè *Gracia part. I. cap. 5.* ubi iura, & Doctores plurimos affert, præsentim. §. 2. de incompatibilitate duorum beneficiorum sub eodem testo. Omnibus his causis instæ dispensationis in numero sacerdotiorum seclusis, eorum quælibet multitudo ad certum animorū ducit interitum, quippe, quæ naturæ, Dei, & ecclesiæ iura petrūpit, & leges naturæ prævertit, ut ait, & probat *Comitolus lib. I. respons. moral. quest. 73.*

In commendis perpetuis habere in compatibilitatem *cap. de multa de præbendis, tenet Geniales in regu! 8. cancel. Glossa 5. § 8. numer. 20. Gracia de beneficijs part. 4. cap. 4. à num. 33. & numer. 40. quos refert, & sequitur August. Barbosa de postestate episcopi part. 3. allegat. 58. numer. 4. & ante illos docuit Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum part. I. cap. 14. à num. 16. usque ad num. 30. Probat consil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 2. & cap. 4. licet antea secus esset dicendum. Cassidor. decis. 32. num. 7. sup. regal. Gomes regul. dictionalis num. 6. Capitaquent. decis. 147. num. 2. part. I. Putens decis. 333. lib. I. & decis. 275. lib. 3.*

Ibi, *Uni quantumlibet exercitatae persone* *Quia unum solum officium* vix dignè quis potest implere, *cap. I. de consuetudine lib. 6.* & quod ibi notat Archidiaconus, & ibi plene per eum, quem videoas, Vnde, ut bene notavit *Cassan. in catal. Glorie mundi, 1. part. consideratione 61.* etiam in civilibus officijs homo cōtentus esse debet uno, nec duo officia petere, aut tenere potest; textus est ad litteram in l. I. Cod. quædam modum civilis munera inducuntur lib. 10. & habetur in l. quisquis Cod. de cohortalibus, & principibus, & cat. lib. 12. ubi Bart. dicit, quod duo etiam officia non licet simul habere, & Iacobus Rebuff. in d.l. I. C. quædam modum civilia munera, & iu. l. eternam. Cod. de mūnilegulis lib. 11. & l. unica, ubi idem Iacobus, C. quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet, lib. 11. Nec etiam duos honores, l. liberius §. prescriptus ad munera, & l. fin. Cod. de afferribus, & l. quisquis Cod. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12. Nec etiam duas militias, l. his quidam, §. in postremo. Cod. qui militeare non possunt lib. 12. & dicit Lucas de Peña in l. I. Cod. de primicerio, lib. 12. Adde Azevedo lib. 4. tit. 25. l. 19. nova recip. numer. 3. qui nostri meminit,

CAP. Volumus. II.**S V M M A R I V M.**

1. Quo pacto Vicedominus, seu œconomus dicatur idoneus.

2. Infamis nō potest esse Vicedominus, seu œconomus episcopi.

3. Qualiter constituatur iste œconomus.

4. Capitulum sede vacante potest eligere œconomos.

IN textu ibi, *Idoneus*. Quæritur in quo debeat consistere ista idoneitas Vicedomi*nisi*, seu œconom*ii*? *Glossa* in cap. *Imperatorem de iuramento calumnia*, respondet, quod debet habere bonā famam, & notitiam causæ; quia infamis, & suspic*tus* non potest esse œconomus s. quæstione 3. quia episcop. & 3. quæst. 7. capit. 11 & cap. *infames*. Contrarium tamē addit *Glossa*: dicit lex quod procurator propter infamiam non repellitur, *Instit. de except. §. ultim.* *Panormitanus* in d. cap. *Imperatorem*, hanc quæstionem luculenter tractat, ubi dicit, quod circa hoc variæ sunt opiniones, quæ omnes ibi videri possunt. Adde *Paulum Fuscum de Visitat.* lib. 2. cap. 13 num. 11. *Tholosanum de personis ecclesiast.* lib. 2. tit. 9. cap. 5. num. 11. littera R. fol. 162. qui latè de œconomis ecclesiasticis agit, & nostri textus meminit.

2. Mihi in hac difficultate Panormitani sententia probatur in d. cap. *Imperatorem* ibi. Ego puto indubitate quod infamis etiam infamia facti non possit esse procurator; vel œconomus ecclesiæ, vel ipsorum clericorum, etiam pro patrimonialibus; & quod non possit esse generalis œconomus ecclesiæ, expressé probatur in cap. *inducatum distinct.* 88. ubi dicitur, quod hoc officium debet committi clericis probatis, & sic bonæ vite: nulla suspicione noratis, tūm ad decorum ecclesiæ, tūm ne bona dilapidarentur à talibus.

3. Ibi, Ipsi elegant. Si quæras, qualiter cōstituatur iste œconomus? Legc Bart. in *Aubent. de sanctissim. episcop.* §. *sportularum*, ubi plures textus adducit. Vide etiam *Panormitanum* in cap. *Imperatorem de iuramento calumnia*; ubi hanc quæstionem latè tractat *Suarus* lib. 4. de *simonia*, cap. 29. numer. 8. nostri textus meminit, docetque quid sit vicē dominū, & maiorem domus constituere, *Sarmiento de redditibus ecclesiasticis* 4. part. 6. num. 2.

qui nostrum textum citat ad hoc, ut per illum probetur ecclesiasticos dominos esse suorum beneficiorum.

Æconimos potest eligere Capitulū Sede vacante, ut probat textus in cap. Cum uos ad fin. de officio ordinat. *Valer. Reginal.* in *praxi soi. lib. 30. 11act. 3. num. 241.* Nam Capitulum Sede vacanta omnia potest facere, quæ sunt iurisdictionis, nisi prohibite reperiantur: ut tradit *Pavinus de officio*, & potestate capitulo part. 1. quæst. 1. à numer. 3. *Guiller. num. 1. Canonistarum cap. 11. nu. 10. Garcia de beneficijs part. 5. cap. 7. num. 4. &c sequentibus.*

CAP. Diaconum. III.**S V M M A R I V M.**

1. Vicedominus, tenetur spectare maxima commoda sui domini.

2. Maiordomus idem est, ac propositus, & œconomus.

IN textu, ibi, *Vicedominum enim eum constituimus, cuius arbitrio, &c.* Vicedominus, ut explicat *Glossa* superiore capite, idem est, ac œconomus rerum episcopalium, qui rebus episcopalibus, & hospitiis sup̄venientibus provideat. Vnde patet quia ratione œconomus, licet non ex iustitia, si nomen iustitiae omnino strictè sumatur, teneatur tamen ex fidelitate, quæ etiam sub iustitia non tam arête sumpta comprehenditur, in contractibus, & negotijs gerēdis spectare maxima cōmoda sui domini, quia & si ad hoc principalius ex officio suo non teneatur, tenetur tamē secundariò, ex tacita quadam promissione, quæ dum officium suscipit, censetur se adstringere ad curandam summam utilitatem domini, quantum commodè, seu communī diligentia poterit, ut ait *Lessius de promission.* & *donat. lib. 2. cap. 18. dub. 8 num. 57.*

Vicedominus, *Æcondmus*, & *Propofius*, & *Maiordomus*, ijdem sunt, & per illos intelligitur quilibet ecclesiasticarum rerum administrator, *cap. Consulere de simonia*, *cap. Salvator 4. quæstione 3. Pater Soar. tom. 1. de Religion. lib. 4. de Simonia cap. 29. num. 8.* qui nostri textus meminit. An officium Sacrissæ, Thezaurarij, seu Custodes rerum sacrarum sub his nominibus comprehendatur. Vide *Soto de iust. lib. 9. quæst. 5. art. 2. Vgolin. de cens. tab. 1. cap. 48. §. 7. in principio. Soar. dicto cap. 29. num. 11.*

CAP.

CAP. Quia. IV.

SUMMARY.

1. *OEconomus quis dicatur?*
2. *Qui emit rem ecclesiæ ab œconomo, qualiter rem, & pretium amittat.*
3. *An possit habere regressum contra ecclesiam, posito quod œconomus non sit solvendo?*

IN textu, ibi, *OEconomum habere.* Si querasquis dicatur œconomus? Vide Spec. in tit. de his, qui alieno nomine in iudicio interveniunt. in vers. *OEconomus, nū.* 5. qui nostri textus meminit. Bald. in l. Omnes, Cod. de episcop. & cleric. Bart. in l. Iubemus. in princip. Cod. de sacrosanct. eccles. Panormitan, cap. Imperatorem de iuramento calunnia, & de officio œconomi aliqua traduntur per Mod. in cap. Decernimus, de iud.

2. *Ibi, Res eiusdem ecclesiæ dispergi.* *OEconomi res ecclesiæ in casibus prohibitis alienantes pœna, l. Leonis afficiuntur, & empator pretium amittit, & rem cum fructibus reddit. Authent. de non alienand. aut permut. ibi. Si quis emere præsumpsit rem ecclesiasticam, aut pthochicam, cadat quidem mox pretio: exigatur autem res, quam accepit, cum omni medijs temporis incremento; & contra sanctissimam quidevi ecclesiam, aut venerabilem domū, nullam omnino habet actionem; contra venerabiles verò œconomos, aut qui omnino vendiderunt, in proprijs eorum substantijs ex contractu habeat actionem, ut metu sua substantiae; et si non propter Dei timorem, tamen segniores circa venditionem siant: lege ibi Bart. cum multis, quos adducit.*

3. *Quærerit tamen Bartibolus in illo Authent. citato, posito quod œconomus non sit solvendo, an possit empator habere regressum contra ecclesiam? Glossa in Authent. qui res, Cod. de sacrosanct. eccles. dicit quod sic, quod ita intelligunt Doctores esse verum quando empator est bonæ fidei; alijs imputet sibi, quia sibi caveri non fecit, ne si aliter diceremus, ex suo dolo cōmodum reportaret, l. Planè, delegat. 1. cum similibus, aitq Bart. num. 2. idem tenere nostros Canonistas in cap. Ad audientiam, de rebus ecclesiæ non alienand. quibus ipse accedit. Tenetur tamen ecclesia id solum solvere, in quo ex eo pretio est facta locupletior, ut cum Panormitan. tenet Molina tom. 2. disput. 468. §. Quando alienatio. Decius in l. Sicuti pœna, num. 3. de regulis iuris, & conf. 404. in fin. Gomes in §. Ex maleficijs, num. 36. institut. de actionibus.*

CAP. Indicatum. V.

SUMMARY.

1. *Multi sunt casus, in quibus potest cognoscere index ecclesiasticus contra laicum.*
2. *Quæ sit pœna œconomi alienantis res ecclesiæ?*
3. *An œconomus emendando damnum ecclesiæ, evitet pœnam?*
4. *Qui viri excellunt, debent honoriari.*
5. *An œconomi coram episcopo rationem reddere debeant?*
6. *Dictio, Quò, quid significet?*
7. *Dictio, Videlicet, quid importet?*

IN textu, ibi, *Districtè à vobis discuti convenit.* Cognoscit iudex ecclesiasticus de

causa clerici etiam actoris contra laicum, quando laicus est detentor alicuius rei ecclesiæ; vel rei alicuius clerici; ut quia spoliavit clericum, vel ecclesiam possessione alicuius rei, nam pro tali re potest coram iudice ecclesiastico convenire. Textus est, & ibi Abb. & Felin. in cap. Si clericus laicum, de foro compet. & Abb. in cap. Relatum de iure patronat. stud enim dicitur crimen quasi sacrilegij, ut ibi habetur, & tenet Marant. 4. p. dist. 11. nū. 6. lege ibi Additionem Petri Follerij, qui circa huius rei veritatem citat Stephan. in tract. de potestate ecclesiastica super laicum, num. 31. dicentem, id de consuetudine non servari. Multi etiam sunt casus, in quibus potest cognoscere iudex ecclesiasticus contra laicum. Viginti quinq̄ numerat Marant. p. 4. dist. 11. à num. 2. usq; ad 58. eosq; late probat, quapropter ibi possunt videri, cum exceptionibus, & additionibus Petri Follerij, & an laicus possit esse administrator generalis bonorum ecclesiæ, pura œconomus? Vide latè Ripam in cap. 2. de iudicij, num. 52. & conducunt ad textum, quæ fusius dicemus infra in cap. Benè quidem, in principio, & deinceps 96. dist. & notat in simili textum nostrum Sarmiento de redditibus, 4. p. cap. 6. num. 2. Ex quo colligit Abb. in cap. Edoceri de rescript. nū. 9. non posse laicum esse œconomum generali rei ecclesiasticæ; licet enim in cap. 2. de iudic. post medium dicat, non obstat quoniam sit specialis œconomus ad certa ecclesiæ negotia; consentit Decius in eodem cap. 2. de iudic. nū. 9. post medium, & ciratur textus noster à DD.

Prima pars Decreti.

780

ad illam questionem. Verum scilicet laicus possit excommunicare, de quo etiam in cap. Benè quidem, infra, 96. dist.

2 Ibi, Cum pœna legibus statuta.

De pœna œconomi alienantis res ecclesiæ; vel consentientis in illius alienatione, est textus l. Iudicemus nulli, Cod. de sacrosanct. eccles. ibi. In quaunque alienatione consenserit, commissa sibi œconomatus administratione privetur: deq; eius bonis quodcūq; ex inde incommodum ecclesia conigerit, reformatur; heredesq; eius, & successores, ac posteri super hoc factio, sive consensu, competenti ab ecclesiasticis personis actione pulsentur. & in Authent. de non alienand. aut permittand. idem statuitur.

3 Quæres. An œconomus, emendando damnum ecclesiæ, evitet pœnam? Respondetur quod non; ita Bart. in Authent. de non alienand. aut permittand. rebus ecclesiæ, in principio, num. 2. collat. 2, per G. obam in cap. Si quis presbyterorum, de rebus ecclesiæ non alienand. & in cap. Quod sicut de electione. Menchaca Illustrum, cap. 28. num. 3. & 5.

4 Ibi, Sed probatis. Nobiles ex sapientia, virtutibus, ac bonis moribus præhonorantur, cum præferendi sunt his, qui ex genere, & divitijs, leuto, aut privilegio nobilitatis decorantur; ita tenet Lucas de Peña in l. Mulieres. in 4. column, in principio; Cod. de dignitat. lib. 12. quod sic probat in 2. col. Cum hæ tres species nobilitatis ex sapientia, scientia, & virtute sint in anima; spirituales, cœlestes pariter, & ex Deo, sunt in omnibus præferendë his, quæ sunt terrestres, & ex homine, & sine dubio digniores; nam sicut anima præfertur corpori. l. Sancimus, Cod. de sacrosanct. eccles. & Sol Lunæ. cap. de maiorit. & obedient. sic & nobilitates, quæ sunt spirituales in anima pariter, & ex Deo, cœteris præferuntur: lege Cassan. p. 8. considerat. 28. & 1. p. consideratione 64. & 65. ubi latè ostendit, quo pacto multi propter virtutem ex infimo loco ad Regnum pervenerunt; hinc est, quod si quis animi solum nobilitate illustratus reperiatur idoneior ad susceptionem conferendi regiminis, ille est cœteris quantumcumq; nobilioribus præferendus; ut ex multis legibus probat idem Cassana. p. 8. consideratione 30..

5 Ibi, In quibus, si quid reperiri poterit prævitatis, Ecclæt. Quæri hic potest, Vtrum œconomi coram episcopo rationem reddere debeant: Sed de hac quæstione lege Bart. in Authent. de sanctissimis episcopis, §. œconomos, collat. 9. qui affirmativè resolvit, de quo Escobar de ratione administratorum, cap. 3. num. 7. & sequentiis; poterunt tamen à sententia episcopi ad Patriarcham appellare.

In textu, ibi, Qno. Quo, aliquando significat propter quod l. final. ss. Si certum petatur, l. Quo enim, ss. rem rapiavi haberi. Aliquando ponitur nominatiter, ut quo id est aliquo, l. Qui habet, §. Si pupillus, ss. de tutoribus. Quo etiam significat donec, l. i. Cod. delegatis, Barthol. in l. 2. §. Quod si quis, ss. de suspectis tutoribus, l. Ex parte, §. de servo libertatem, ss. familia Erciscunde. Vide Petrum Binius tom. 3. consil. 277. num. 36. Quoad denotat revolutionem temporis. Albeiicu in l. Quia, §. Quari potest, circa finem, ss. de suspectis tutoribus.

Ibi, Videlicet. Propria natura istius dictionis, non solum est declarare, sed restingeré ipsam dispositionem ad casus expressos; ut eleganter explicat Jason. in l. Si pluribus, num. 10. ss. de legat. l. quam sequitur Petrus Binius tom. 1. consil. 13. num. 14. & 10m. 2. consil. 196. num. 20. textus in l. Cum quādam, §. l. ss. de usu capionibus, cap. Statuum, in 2. de hereticis, lib. 6. Barth. in l. l. ss. ad legem Aquilie. Geminian. consil. 25. nu. 3. in fine, vers. Et hoc aperte, & nu. 4. Socinus consil. 47. in primo præsenis consultationis. num. 6. in fine, vers. Sed ad hec dicta, & num. 7. lib. 1. Angelus consil. 354. Incipit per oportuna consilia, in principio. Marant. in praxi, p. 3. num. 105. ubi plura allegat Menoch. consil. 21. num. 23. Sard. consil. 315. num. 65. & decis. 161. num. 8. Farinac. part. 4. consil. 91. num. 6. Cened. singul. 66. num. 1.

C A P. Decenter. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Prohibentur episcopi ecclesiastica officia propinquis, vel favore sibi coniunctis committere.
- 2 An sit simonia dare alicui beneficium solo titulo consanguinitatis?
- 3 Possunt episcopi conferre beneficia consanguineis, si sint idonei.
- 4 Possunt etiam illa conferre suis familiaribus idoneis, dummodo pactum non intercedat.
- 5 An possint consanguineos, & familiares suos admittere ad concursum parochialium in suis manibus resignatarum.
- 6 Familiares qui dicantur? & num. 7.

IN textu,

IN textu, ibi, *Quicunq; igitur, Pontificum.* Prohibetur textus, ne episcopi bona ecclesiæ dent consanguineis, aut familiaribus, quod etiam cavitur i. quest. 3. cap. *Pervenit*, & i. quest. 1. cap. *Si quis neq; 115. potest q; confirmari ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 1.* & ex alijs iuribus. Prima causa huius prohibitionis, & præcipua est, quam assignat *Suarus* lib. 4. de simonia, cap. 37. num. 8. ne episcopi nimio affectu ducti confertant beneficia indignis, & minimè idoneis, pescando contra iustitiam distributivam, vel legalem, & hanc rationem assignat etiam *Glossa*. Secunda ratio est, quia ut ait *Glossa*, semper præsumitur, quod res ecclesiæ latenter laetantur per eos. Tertia est, ut ait *Suarus* citatus, propter scandalum aliorum, quod læpe nascitur ex huiusmodi provisionibus.

2. *Quæti* tamen hic potest, an sit simonia dare alicui beneficium solo titulo consanguinitatis? Affirmat *Cantor Parisiens.* & *Maior* in 4. dict. 25. quest. 3. ad primum. quos refert *Suar. lib. 4. de simonia, cap. 37. num. 5.* Dicendum tamen est, non dari in eo casu simoniam, ita *D. Thom. Alfonso, Adrian. Victor. Soto, Covar.* quos refert, & sequitur *Suarus* citatus. Ratio est, quia haec simonia, vel est contra ius divinum, vel contra ius humanum. Neutrum tamen dici posse, probat ibi optimè *Suarus*.

3. **Ibi, Aut sanguine propinquis.** Quanvis consanguineis minimè dignis, seu idoneis prohibitum sit episcopis beneficia largiri, ut probavit *ius*; illis tamen licitum est, & honestum conferre beneficium consanguineo aliqui digno simpliciter, vel etiam comparatione aliorum, etiamsi illum præferant ratione solius consanguinitatis, ut cum *Covar.* tenet *Suar. lib. 4. de simonia, cap. 37. num. 8.* probat *Gonzales* in *procœmio*, §. 4. num. 47. cum *Panormiano, Menoch. Lambertino, Tiraq.* & alijs. Neque obstat *Glossa* in cap. *Pervenit*, i. quest. 3. dum dicit, eēcos esse episcopos circa nepotes, ex quo gravem læsionem sentit ecclesia, quia debet intelligi, quando non est idoneitas in illis nepotibus, aut consanguineis, ut explicat *Gonzales* citatus, in quo etiam sensu explicat nostrum textum; imò addit plus debere episcopos subvenire suis, quam extraneis; idem tenet *Flaminius Parisius de resignat. benefic.* tom. 2. lib. 9. quest. 17. num. 123. ubi addit, quod episcopus bona ecclesiæ solita dat in emphyteusim, potius in consanguineos, quam in externos alienat, quam vocat communem, teste *Bursat. conf. 127. num. 4. & 78. lib. 2.* quod declarat, ut per *Cephal. conf. 142. num. 5. lib. 1.* & vide circa hoc etiam *Aliciat. de presumpt. regul. 1. presumptione 29. num. 1.* & sequentib. notat *Tiraq. de pœnit.* cap. 51. num. 143.

Ibi, Aut favore personis qui-buscumq; sibi coniunctis. In quibus scilicet non sit idoneitas. Nam alias respectu suorum familiarium, & altarum sibi gratiarum personarum, possunt episcopi beneficia illis conferre in gratificationem, servitorum, dummodo tale pactum non præcedat, ut cum *Amon. de Burrio, Hostiens. Abbat. Felin. Covar. Nayarr.* probat *Gonzales* §. 4. *procœmij*, num. 51. & 52.

Quares. An possit episcopus admittere ad concursum parochialium in suis manibus resignatarum consanguineos, vel affinem, apte familiares suos, vel resonantum, stante Constitutione Pij V. 58. Respondet *Garcia de beneficijs*, p. 9. cap. 2. num. 211. non posse, & ita inquit, sancta Congregatio Concilij censuit his verbis. *Episcopus non potest admittere in parochiali bus in suis manibus resignatis, consanguineos, vel familiares, tam suos, quam resonantium;* ex Bulla Pij V. anno eius 3. Kalendis Aprilis; ita S. Dominus noster Gregorius XIII. ex sententia Congregationis declaravit. *Quod tamen non procedit,* inquit, *Garcia in vacatione per obitum, vel alijs.*

Familiaris non dicatur, nisi ille, qui continuo vivit, & moratur cum aliquo, & eius expensis alitur, cap. *Sicut nobis, de verborum significatione, lib. 6. ubi Francus num. 4. vers. Sexto nota. Oldrad. consil. 198. in principio. Anchær. consil. 398.* Vnde personæ, quæ non inserviant circa servitia, nec habent expensas dicuntur familiares facti, & non gaudent prærogativis familiarium. 1. *Alimenta, §. Libertis, in fin. de alimentis, & cibarijs legatis. Paulus de Castro consil. 341, num. 2. vers. Cæterum, lib. 1. Gomes in regul. de impetrandis beneficijs per obetum familiarium. Cardinalium quest. 13. Bald. consil. 385. circa medium, vers. Porro, lib. 1.* Requiritur vero, quod non colore qualito, sed vere sint familiares, *Anchær. in dict. cap. Sicut nobis, notabil. 5. & quod per quatuor menses iterentur,* *Gomes dict. quest. 13. num. 3.*

Imò habentes alimenta ex alia causa, quam familiaritatis, non sunt familiares, *Simonetta de reservat. quest. 35. vers. Hic inferatur.* Tamen post causatam familiaritatem; si recederet animo revertendi, familiaris dicitur. *Gomes dict. quest. 3. num. 2. Anchær. in dict. cap. Sicur, num. 4.* Ut tamen familiaris, quis vere dicitur, duo debent inservi simul concurre, ut inserviat actu, & vivat expensis domini. *Gomes dict. quest. 13. in princip. ubi quod Rota idem iudicavit, & ita se habere nullum Curiae, restatur num. 2. Vitalius. in Clement. final. nn. 34. & sequentib. de celebrat. Missar. Agyd. Bellam. consil. 20. pa. 9. vers. De familiaribus; multea congerunt *Mäscard. conclus. 755. Cardinal. Tosch. tom. 3. lit. F. conclus. 72. Felin. in cap. In nostra, nn. 20. vers. Sed clavis, de rescriptis.**

Prima pars Decreti.

782

CAP. Ad hoc. VII.

S U M M A R I V M .

1. *Ordo unde dicitur, & quam diligenter servari debeat?*
2. *Reverentia quid sit?*
3. *Minor debet maiori impendere reverentiam.*
4. *Inferiores debent etiam à superioribus honorari.*
5. *Vera concordia, qua dicatur?*
6. *Concordia, quam sit potens ad Respublicas tuendas, ac conservandas.*
7. *Concorditer dicitur factum, quod si à maiori parte.*
8. *Quis ordo datur in officijs, ac dignitatibus tam ecclesiasticis, quam sacerdribus.*
9. *Absque ordine inter partes non posset universum subsistere.*
10. *Vivens in una tantum qualitate non potest gubernari.*
11. *Ecclesia militans debet ordinari ad exemplar cœlestis.*
12. *Dicitio, Ad hoc, quid significet?*
13. *Sine ordine, & regimine recta non potest consistere administratio.*

IN text. ibi, *Gradus diversos, et ordines constituit esse distinctos.*

Ordo dicitur ab *ordino*; & *ordino* ab *ore* dicitur, quod idem est; quod dispono, quasi *ore* pronuntio, quis cuius locus esse debeat. A quo *ordo*, *dispositio* *gradus*, & *ordinarium*, in quo *ordo* servatur, & maximè *ordo* in dignitatibus, est iervandus. *L. final. Cod. de primi. et. secund. & toto titulo*, ut dicitur. *ordo servetur, Cod. lib. 12.* & bonum consistit in ordine secundum *August.* in *lib. de natura boni*, & *ordo* dat rei perfectionem, 7. *quæst. 1. cap. Nihil*, & ideo quanto aliquid ordinatus est, tanto id melius, & perfectius. *L. 2. §. 1. ff ad Velleian.* ita dicit *Lucas de Peña* in rubric. *Cod. ut dignitat. ordo servetur, lib. 12.* & propriè *ordo* dicitur cum diversarum rerum, vel personarum unaquaque proprium locum tenet. *Archidict. in cap. Decernimus*, in principio, 10. *quæst. 1.* *Graduum enim, & ordo distributio unitatem in ecclesia conservat; quod amplissime declarat Iodocus Clid. in suo Antilibero, cap. 2. & 3. in*

lib. 3. Lege Casan. p. 1. consideratione 77. ubi nos trum texum adducit, & totum caput exponit, breviter tamen *Decian.* tract. crimin. *lib. 4. cap. 1. num. 4.*

Ibi, Dum reverentiam. Reverentia est honor, qui exhibetur cum pavore, ut dicit *Archid. in cap. 2. de officio delegat.* in 6. & ibi *Dominicus de S. Gemini*, & est inter maiores, & minores, notat *Ioann. Andr. in cap. Non est sine culpa, de regularibus, in 6.* & alicui exhibetur ratione dignitatis, vel potestatis, *cap. Visis, 16. quæst. 2. D. Thom. 2. 2. quæst. 103. art. 1. ad primum*, dicit, quod reverentia non est idem quod honor, sed ex una parte, est primum motivum ad honorandum in quantum scilicet aliquis ex reverentia, quam habet ad aliquem, eum honorat; ex alia veò parte, est honoris finis, in quantum scilicet aliquis ad hoc honoratur, ut in reverentia habebatur ab alijs; de hac reverentia vide *Polycratum lib. 5. cap. 4.* & etiam *Casanum part. I. consideratione 71.* ubi addit multa de hac materia, & probat reverentiam esse honorem exhibitum in testimonium virtutis.

Ibi, Reverentiam minores posterioribus exhiberent. Reverentiam debet minor maiori impendere, *Glossa final. in l. Nihil omnino, Cod. de pallatin. sacrat. largi. lib. 12.* & inferiores iudices superioribus reverentiam tribuere debent, ut est textus in *L. Potioris*, & in *L. final. Cod. de officio prefecti urbis*, & minores maioribus debent honorem; *L. 2. & final. Cod. de officio diaconie. Relig.* in *L. 2. Cod. prox. sacr. serm. lib. 12. Cassan. part. I. considerat. 20. & 71. lege evundem Casanum consideratione 72.* ubi latè probat, quod subditi prelatos revereri debent, & in quibus hanc reverentiam ostendere oportet. *Azevedo lib. 8. recopilat. iii. 15. l. 1. num. 6.* qui nostri textus minit.

Ibi, Et potiores minoribus dilectionem impendent. Adverte, quod non solum semper, & indeterminatè honor ab inferioribus debetur superioribus; sed etiam quandoque superiores honorare debent inferiores, *L. Potioris, §. 1. Cod. de offic. prefect. provin. & cap. Esto subiectus, distinc. 95.* Notum est illud *L. Crassis Senatoris, ad L. Philippum Consulem.* *Non es mihi Philippus Consul, quia nec tibi Senator sum.* Cui simile est illud Platonis ad Dionysium Syracusanum. *Si nostra tibi placent, nos quoque honorare debes;* nunc autem tanquam ab initio iudicas, ego sequar: *honorus enim à te, & te honorabo.* Non honoratus autem conquiescam. Ad quod optimè facit textus in *cap. Cum beatus, distinc. 45.* Ex quo notatur, quod si prelatus non servat reverentiam subdito,

nec

Nec subditus tenetur ei servare, facit etiā textus in c. Significasti, in fin. de elect. in cap. Ad decorum, de instit. & quod notat Glossa, in verbo, Me, in d. cap. Esto per textum illum ibi. Frustra petit debitū, qui quod debet, non impendit. Vide plura alia apud Chassenaum part. I. considerat. 21.

Ibi, Vera concordia fieret. Vera concordia est illa, quae est diversarum voluntatum ad bonum, & est idem cum pace, quae est effectus charitatis, & de qua dixit Propheta Psalm. 48. Non est pax impijs, de ea agit D. Thom, in 2.2. quest. 29. & quest. 37. art. 1. ubi ita ait. Concordia ex charitate causatur; in quantum scilicet charitas multorum corda coniungit in aliquid unum, quod est principaliter quidem bonum divinum: Secundario autem bonum proximi. Discordia igitur ea ratione est peccatum, in quantum huiusmodi concordie contrariatur. Adverte autem cum D. Thom. quest. 37. citat. art. 1. ad secundum; quod sicut voluntas hominis adhaerens Deo, est quædam regula recta, à qua peccatum est discordare; ita etiam voluntas hominis Deo contraria, est quædam perversa regula; à qua bonum est discordare. Facere ergo discordiam, per quam tollitur bona concordia, quam charitas facit, est grave peccatum, unde dicitur Proverb. 6. Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, & hoc septimum ponit eum, qui seminavit fratres discordias. Sed causare discordiam, per quam tollitur mala concordia, scilicet in mala voluntate, est laudabile; & hoc modo laudabile fuit, quod Paulus posuit dissensionem inter eos, qui erant concordes in malo. Nam & Dominus de se dicit Matth. 10. Non veni pacem mittere, sed gladium, & David Psalm. 104. Coverrit cor eorum, ut odirent populum eius, & vide cap. 1. 90. dist.

Sed quantum vera concordia valeat ad Respublicas tuendas, ac conservandas, testatur illud Xenopontis. Sine concordia, nec civitas regnè gubernari potest, nec domus rectè administrari, & illud Divi Odonis Regis. Concordia aureum, ac adamantium vinculum; discordia vastitatem, solitudinem, orbitatem, agris, oppidis, Regnis ad fert. Vnde dixit Iovius. Insuperabilem civitatem, non arma, non pecunia; sed unus publicus decoris consensus efficit. Simile est illud Ang. Curionis. Opes robur, rei militaris peritia, sine concordia, & benevolentia populorum obesse, plerumq; conspicuntur, prodesse ferè nunquam; consensus vero, & benevolentia etiam sine divitijs, & opibus plurimum valent. Et quidem deficiente concordia, quot mala oriuntur, testantur multarū provinciarum, & florentissimorum Regnum ruinæ. Sufficiat nunc illud Virgilij 1. Eclog.

Impius hac tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes? En quo discordia cives.
Perduxit miseris? En queis conservimus agroris?

Notabis, quod si electio concorditer fieri iubeatur, quod requiritur omnium memine discrepante consensus, Glossa, verbos; concordem, in cap. Cupientes, & in cap. Quorundam de electione, lib. 6, quas sequitur Abb. in cap. 3. num. 16. de sententia, & re iudicata, Lambertinus de iure patronatus, part. 2. lib. 2. artic. 8. quest. 6. principali, num. 2. & sequentibus. Hoc tamen fallit in illis, quæ fiunt à pluribus iure Collegij seu Capituli, quia concorditer, dicitur factum, quod à maiori parte factum fuerit, ut probat texus in cap. In causis, 30. de electione, & in cap. Ad aures, de ijs, qua vi. Abb. in cap. Non potest, de re iudicata. Ioannes Annania in regul. in toto, de regulis iuris, Corsetus in Repertorio ad Abbatem, verbo, concorditer.

Ibi, Et rectè officiorum gerere administratio. Si scire cupis, quæ sint ecclesiasticatum personarū gradus, quæ officia, & dignitates, quo ordine disponantur, incipiendo à Summo Pontifice, usq; ad ultimum, seu infimum ecclesiæ ministerium, & quis cuique locus debeatur. Lege Chassenaum in Catalog. tota 4. part. ubi hanc materiam copiosissime, & doctè tractat noviter, & eruditè Sebastianus Casar de ecclesiastica Hierarchia. Si de præcellentia inter Principes sæculares, de ordine in dignitatibus, ac officijs, quem quisque locum iure abtineat scire cupis, lege eundem Chassenaum part. 5. 6. usq; ad 11.

Ibi, Neque enim universitas alia poterat ratione subsistere.

Lege Conimbricensis lib. 1. de cœlo, cap. 1. quest. 1. ubi tam ex naturarum varietate, & distinctione, quam ex ordine partium, tam inter se mutuò, quam ad Deum sub triplicis causæ genere, probat universum esse perfectum. Est enim ordo, ut definit Augustin. 19. de civitate Dei, cap. 13. Parum, disparumq; rerum sua cuicq; loca tribuens dispositio; quam dispositionem esse in mundi partibus, præsertim grandioribus, quæ sunt corpora cœlestia, & elementa. nemo non videt. Optimum namq; situm, ac sedem cuiusq; naturæ congruentem sortiæ sunt; adeò ut, unaquaque pars suo in loco, ut in patria consistens; mutationem non exposcat. Atq; ita demum, ut Tris megalitus in Asclepio, ait, quasi harmonia quædam in mundo existit; sicut enim in cantu ex diversarum vocum moderatione concentus quidam concors efficitur; sic mundi universitas ex rerum inæqualium, ac dissimilium consensu, & varietate concinit. Vnde Pythagoras universum prædicabat ea ratione esse compositum, quam postea lyra est imitata; quæ similitudine ulus etiam est Phile Iudeus in lib. de Cherubim. Divus enim Augustinus epistol. 5. & 28. mundum comparat carmini, quod syllabis longis,

longis, ac brevibus concinna, & numerosé
constat.

io *Ibi, In una, eademq[ue] qualitate
gubernari, vel vivere non potest.*

*Quia ad generationem, & consecrationem vi-
ventis, non una tantum qualitas sufficit, sed re-
quiruntur omnes quatuor primæ qualitates, li-
cet inter se contrarie; ad concordiam tamen
reductæ. Vnde temperamentum definitur.
Proportionem primarum qualitatum, & cum duæ sint
temperamentorum differentiæ in genere, nem-
pe uniforme, & difforme. Temperamentum uni-
forme (quod medium, & temperatissimum di-
citur) est, in quo omnes quatuor qualitates, equa gra-
duum portione, & quasi puncto coenunt. Difforme,
quod, & intemperatum vocatur, est, in quo
eadem qualitates ab æquilibrio in diversam la-
titudinem, & exuperantiam recedunt. Lege
Conimbricenses lib. 2. de generatione, & corruptione,
cap. 8. quest. 1. & 2. Vbi illa quæstio excitatur.
An Christi Domini temperamentum, interim
dum mortalem vitam egit, eiusmodi fuerit, ut
vi propria incursum cauilarum externarum, quæ
mochos invehunt, resistere, & incolumentem
perpetuò servare posset? Cuius resolutionem
ibi videre potes.*

ii *Ibi, Cœlestium militiarum ex-*

emplar nos instruit. Legendus *Divus Bo-*
naventura tractat. de ecclæsticâ Hierarchia, ubi hoc argumentum la-
tissime, ac sapientissimè prosequitur. Ex quo
ad nostrum textum declarandum hæc suffi-
cient. Cum secundum Dionysium, inquit *Divus*
Bonaventura. Hierarchia sit sacrarum, & rationalium
rerum ordinata potestas, debitum in subditis retinens
principatum. Manifestum est triplicem esse hie-
rarchiam, secundum triplicem ordinatam à
Deo potestatem, scilicet divinam, Angelicam,
& humanam. Est itaq[ue] prima hierarchia su-
percœlestis, sive divina, quæ consistit in tri-
bus increatis personis. Secunda est cœlestis,
sive Angelica, quæ completur in bonis Ange-
lis, & beatis. Tertia est sub cœlestis, scilicet
humana, quæ in prædestinatis hominibus per-
ficitur, & præcipue in prælatis. Hæc autem hie-
rarchia humana ad similitudinem cœlestis
hierarchiæ ordinata est, & disposita; & secun-
dum maiorem, vel minorem gratiæ, sive po-
testatis perceptionem in maior, vel minori,
sive in excellentiori, & inferiori gradu ordi-
natissimè constituta. Vnde in Iob dicitur.
*Nunquid nosti ordinem cœli? aut rationem eius pone-
re in terra?* Nosse cœli ordinem, est cognosce-
re supernarum virtutum ordinatissimam dis-
positionem. Eius rationem in terra ponere,
est vitam, & officium hominum, quādiū in

terra sunt, secundum similitudinem cœlestium
spirituum sanctè, & reverenter ordinare. Vnde
nō novem sunt ordines ordinando um, sicut
novem sunt sancti ordines Angelorum. Est
enim ordo, Episcoporum, Presbyterorum, Diacono-
rum, Subdiaconorum, Acolytorum, Exorcistarum, Le-
torem, Psalmistarum, & Ostiarum. Sicut Moysi
dictum est. *Inspice, & fac secundum exemplar,* quæ
tibi in monte monstratum est, & crat. de quo latius
alijs in locis.

In princip. textus, ibi, Ad hoc.

Meminit nostri textus *Cened. singulari 49. n. m.*
11. & per illum docet, quod dictio, Ad hoc, no-
tatur ad effectum eorum, quæ sequuntur. Tex-
tus similis in cap. 1. in principio, de sequestra-
tione possessionum. *Mandos.* in *Glossa facultas.* §. *Vol-
entes.* in verbo, *Ad hoc*, fol. 175. Aliquando ac-
cipitur pro iuxta hoc, seu secundum hoc, l. *Iubemus,*
§. *Ad hoc*, & ibi *Lucas de Pena, Cod. de silent. lib. 12.*
Bart. in *Extravagant.* ad reprimendam, in vers. *Ad
hoc.* *Mandosius dicto* §. *Volentes.* *Cened.* ubi proximè, num. 12.

In fine textus, ibi, Et ordine.

Nam in creaturis sine ordine, & regimine re-
cta non potest consistere administratio, ut ex
nostru textu deducit *Gregorius Lopez*, partia 3.
titul. 1. l. 2. *Glossa ultima.* Quia per ordinem,
rectè, & mentiturè vivunt homines, & eius
præmio boni meliores, mali vero boni effi-
ciuntur. Dum enim reverentiam minores po-
tentioribus exhibent, & potentiores minori-
bus dilectionem impendunt vera concordia
fit, & ex diversitate contentio oritur, observat
per nostrum textum *Alfonsus de Azepeda lib. 8.*
nova recopilat. titul. 15. l. 1, num. 6. Meminit etiam
nostru textus ipse *Gregorius Lopez* partit. 1. titul. 4.
l. 25. *Glossa 7.* & ex illo notat prælatum, & pres-
byterum magis puniendum, quam diaconum;
nam gradus dignitatis, vel ordinis peccatum
aggravat. Vide ipsum *Gregorium Lopez* partit. 1.
titul. 6. in *summa*, *Glossa 1.* & *Glossa 3.* Regimen
Aristocraticum incipit corrupti, quando sa-
pientes ex continua administratione Reipubli-
cæ divites effecti voluptatibus vacantes iudi-
cium pervertant, & pauperes opprimunt *Ia-
cobac.* de *concil. lib. 6. art. 2. num. 3.* refertur tom.
13. tract. p. 1. fol. 277. De differentia regimini
politici ad hereticum, & œconomicum, vide
Ioannem à Capistrano de auctoritate Pape, lib. 2. part.
2. *principali*, num. 151. refertur eodem tom. 13.
parte secunda, folio quadragesimo octavo; & tandem
de regimine monarchiæ vide frat. *Ioannu. Marq.*
lib. 2. *Gouvernat. Christian.* cap. 21. ad medium,
qui hoc melius, & utilius appellat.

DISCTIN-

DISTINCTIO. XC.

Ad initium distinctionis.

S V M M A R I V M.

1 Clerici litigiosi esse non debent, hoc est, lites inter alios excitantes.

2 Discordia an sit peccatum mortale?

I N principio distinctionis, ibi,

Litigiosus. Adducitur à Gratiano nostro ad probandum clericos litigiosos esse non debere, (id est quod inter alios lites non moveant) & huiusmodi in episcopos promovendos non esse, quorum officio incumbit discordantes ad concordiam, & pacem reducere: ita Turrecremat. in presenti nro. 1. facit quod eleganter scribit Rebif. in l. Gall. in proemio Glossa §. num. 154. ubi multa in litium de testatione dicit, & prosequitur in proemio concordatorum, verbo, sumptibus, speculat. de preparatoriis indiciorum, part. 2. part. 1. num. 9. fundatur Gratianus hic in illa Apostoli autoritate ad Timoteum l. cap. 3. ibi. Non litigiosum, &c.

2 In eodem principio, ibi, **Discordantes.**

Pro pleniore huius distinctionis cognitione, excitabitur questione, utrum scilicet discordia peccatum mortale sit? Affirmative respondetur, quando quis voluntati alterius de bono divino, aut humano notabili, cui debet consentire, scienter, & ex intentione contradicit; tunc discordia peccatum mortale est ex genere suo, quia charitatis concordia directe opponitur; vide Navar. in Manual. c. 2. n. 33. qui discordia quintam filiarum gloria appellat D. Thomas 2.2 questione 37. art. 1. Caietan. in summa, verbo, discordia D. Antoniu. in 2. part. summa. titul. 4. cap. 8. Turrecremat. qui elegantissime totam questionem discutit proxime citato loco à num. 1. Sylvest. in summa, verbo discordia num. 1. & 2. ubi dicit, consiliarios à bono dissidentes communi scienter, & notabiliter, propter elationem, superbiam, aut malam voluntatem, nolentes alijs consentire tendentibus ad bonum, mortaliter peccare. Qui plura de discordia scire cupis, adito Franciscum à Medocia tom. 2. in lib. Regum varijs in locis. Ferdinandum Quirinum de Salazar in Proverbia Salomonis cap. 6. nros. 88. 89. 94. & sequentibus, ubi graviter invenitur in discordiarum seminatores iniquissimos. Illud ego addam pro coronide, nullam

virtutem viris clarissimis digniorē quam pacem, & concordiam; discordia enim, ac disidentium animorum tumultus, feras magis sanguinarias, quam homines decet pietatis, & clemētiae sectatores. Seviant leones, tauri horrendum rugiant, ursi, ac tigres debacchentur inter se discordes, homines vero concordes sunt. Tres appono versus in rem meam, natos ex Ganihero Lighirino posta clarissimo lib. q. de rebus gestis Imperatoris Caesaris. Ita ille.

Tinx leo savus aper, inde uno vellet pulebera.
Pardus, & bursuti rapidis cum tigribus ursi.
Discordes savire queunt, concordia solos.

Non decet alma vitos.

C A P. Discordantes. I.

S V M M A R I V M.

1 Ad episcopos pertinent discordantes clericos concordare.

2 Indicis officio incumbit seditiones, & tumultus compescere, pacem procurare.

3 Differentia sedis, honorem denotat.

4 Non potest Pralatus compositionem cā subdito facere super delictum factum ecclesie, neque iniuriam remittere?

Textus iste est Carthaginensis Concilij quarti, aperte probat, ab episcopos pertinere clericos discordantes ad concordiam reducere, & inobedientes damnare, & ad hoc teneri episcopos sub peccati mortalis reatu, docet Felic in Rubr. de treugua, & pace numer. 5. & vide circa conclusionem textus, Marta de turificatione 2. part. cap. 22. à n. 14. cum sequentib. Notamē immixtū rogabis hoc loco. Vtrū possit episcopus discordantes laicos sub pena excommunicationis ad concordiam obligare? Respondeo posse quemlibet episcopum per celulas compellere laicos inter se discordes, & dissidentes, ut ad pacem, & concordiam reducantur. postquam illos primitus admonuerit. De quo puncto aliquid infra dicendum est ad cap. 9. hac eadem dist. Interim adde Barbat. cons. I. num. 2. vers. & adduco, volum. 3. Bellet. in tit. de disciplina clericali, §. 15. num 95 & in tit. de favore clericorum reatu, §. 5. num 75. Mart. Anton. Genuens. in manual pastorum cap. 43. num. 14. Item sub peccato mortali tenetur pacis violatores excommunicare, cap. 1. de treugua, & pace, cap. 1. §. episcopos, de pace tenenda in usib. Feud. Valer. Reginal. in praxi fori panis. lib. 20. num. 54. ip fine.

Ad iudices enim superiores spectat sedare tumultus, ut non veniat ad rixas, sed ad pacem, & concordiam; vide textum in l. si cuius rebus 13. §. aquisimum, s. de usfructu, ubi Bart. nam t. sexum in l. congruit, s. officio praesidis, textus in Alio de mandatis principum, §. deinde collatione 3. docet Paris de Puteo in tractatu de syndicatu, §. syndicantur, §. sub nu. 3. fol. mil. 35. & vide Nuolam Boer. in tractatu ille seditionis, §. t. num. 6. ubi prope infinitos refert, dicens illum iudicem, qui clericum à talis turba, & seditione arcet, licet animo sedandi vim inferat, non incidere in Canonem si quis suadens. 17. questione 4. & similiter, si iudices non occurrant ad sedandos tumultus, & rixas, debent privari officijs suis, notat Cynus in l. seruus Cod. noxalibus action. Bart. & Bald. in l. i. ff. de officio praefecti viribus, & vide eūdem Paris. ubi proximè multos citantem, plenissime Peres lib. 5. iii. 4. l. 2. ordinamenti Glossa 1. verbo, no alian occasiou, in fine, & bene advertit ibidem, quod si iudex viderit aliquos ad arma venientes, eis obviet, illos incarcerando, Grave ad nodum esse seditionis delictum scribit Menoch de arbitrar. lib. 2. censut. 5. casu 266. num. 4. & casu 437. plura de seditionis videlicet Corrad. Brun. per totum tract. de seditionibus.

2 In textu, ibi, *Ad concordiam trahat*. Quando in synodo fuerit exorta controversia circa preferentiam sedis, debet prelates componere lites, ita ut qui prius ordinatus est aequalibus preferatur, iuxta cap. ult. distinct. 17. ubi vide posita num. 2. Item cap. Constantinopolitanae 3. num. 2. & attendatur ordo dignitatis, & qualitatis, non tamen temporis, cap. statim de maiestate, & obedientia, honor namque personis debitum in distributione sedilium est servandus, ne honor unius, alijs obseruit, Glossa, verbo, personaliter in cap. 2. 4. questione 4. Circa tensionis honorem potiorem à dextris, quam sinistris, vide Antonium Nebrissensem in quinquagena cap. 39 & Ioannem Garopium Besanam lib. 3 Hieroglyphic. proprieatem, Franciscum Riberam in l. ad Hebreos num. 20. Bellarmin. lib. 1. de Roman. Pontif. cap. 27. Iustum Lypsum 2. elect. cap. Ioannem Ferdinandum in Thesauro, verbo, dextra Pinedam in cap. 17. lob. vers. 9 numeri 6. Ioannem Savaronem in fidon. Apollin. lib. 1. epist. ult. sine ullo tamen dissidio dignorem esse dextram, quam sinistram, & inferius sedere denotare subiectiōnem, altius vero superioritatem, probat cap. solita §. bec. auium de maiestate, & obedientia.

3 In Glossa verbo, ratione, in versiculo sed si delictum. Ergo si delictum pertinet ad ecclesiam, non potest Praelatus componi cum subdito, neque remittere iniuriam factam ecclesiae; vide textum in cap. si is qui 23. questione 4.

ubi Glossa, verbo, iniuriosa in cap. contingit de sententia excommunicationis Abb. ibidem num. 11. Boer. decis. 120. num. 4. vide Bald. in cap. 1. de feudis, titul. de his, qui feudum dare possunt in principio sub numer. notat Marcus Antonius in tract. practicabilia ecclesiastorum. Tricennario. 1. quæstione 16. num. 2.

CAP. Oblationes. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæ veniant oblationem nomine?
 - 2 Quæ differentia detur inter oblationes, decimas, primitias, & sacrificium?
 - 3 id Antiquissimus usus eit oblationum in ecclesia, & quare non offeratur mel, & uero lac? acq. f. o. ill.
 - 4 Unde introducta sit consuetudo offerendi inter missarum solemnia?
 - 5 Virum singuli parochiani Dominicis, & diebus festiuis debeant aliquid offerre?
 - 6 Oblationes dissidentium fratrum non sunt recipienda ab ecclesia, neque dona eorum, qui pauperes opprimunt.
 - 7 Oblationes dessidētium, & eorum sacrificia, eis nihil profund ad etiā aeternam.
 - 8 Ad diaconum pertinet oblationes afferre ad altare.
 - 9 Quid sit gazophilacium?
 - 10 Virum prohibitio nostri textus cōpredit, hendar etiam oblationes, quæ nō sunt ad altare, sed alio modo?
 - 11 An intelligatur solum de oblationibus spontaneis, & non de necessariis?
 - 12 Tenentur sacerdotes reijcere ab oblationibus publicos peccatores.
 - 13 Quot personarum genera repudiat Glossa ab offerendo?
 - 14 Virū oblationes publicarum meretricium sint reijcienda ab ecclesia?
 - 15 An oblationes hominis interdicti pœnitentiā agentis sint recipienda?
- I**n textu, ibi, *Oblationes*. In oblationū nomine intelligent omnia, quæ à pījs, si delibusque christianis Deo, & ecclesiæ offeruntur, si ve sint resmobiles, si ve immobiles, nec referunt testamento legentur, vel aliter docentur, cap. qui oblationes, cap. clerici 13. questione 21 Marian.

Marian. Socin. in tractat. de oblation. libello I. Troil.
Malvat. similis tract. ferè per totum. Simoneta de de-
cimis cap. 2. num. 9. & cap. 3. num. 2. qui assertit, ob-
lationes quæ sunt ad sacrificium, subrogatas
esse loco quarundam decimarum legis veter-
is, quas quisque de populo in horreis recon-
debat, & asservabat, ut eas comedetur illa die,
qua iret ad templum Ierosolymitanum, ipsis
etiam sacerdotibus in templi vestibulo ad
convivium accessitis, & invitatis, Deuteron. 12.
& 14. & c. His ita 13. q. 1. tex. in c. 1. de decimi. opti-
mā oblationū diffinitionem apponit Suar. tomo
primo de relig. lib. I. capit. 3. numer. 2.

2 Differunt oblationes à decimis, primitijs, &
sacrificio. A decimis, quia decimæ solvuntur
tanquam clericorum commoda alimenta, &
tanquam merces laboris, ac debita ministerij
ecclesiastici stipendia, & tanquam obsequium
debitum Deo, ut supremo omnium rerum do-
minatori. Oblatio verò dicitur, quidquid ad
divinum cultum, honorem, & usum Dei, &
ecclesiæ datur, ita in specie Azor part. I. lib. 7. cap.
28. questione 9. A primitijs quodd nomine pri-
mitiarum dicantur tantum primi fructus Deo
oblati, nomine verò oblationum significantur
omnia quæ Deo, & ecclesiæ offeruntur, sive
sint mobilia, sive immobilia, ut monilia, orna-
menta, instrumentum sacrum, pecunia, agri,
oppida, dominia, &c. ita idem Azor ubi pro-
xime Lessius de iustitia, & iure lib. 2. cap. 39. dubio 6.
num. 34. A sacrificio, quoniam oblatio latius pa-
tet, quam sacrificium, res enim quæ sacrificari
dicitur, offertur quidem, sed cum aliqua con-
secratione, & mutatione, ita ut ipsa consecra-
tio, & mutatio fiat in peculiarem Dei venera-
tionem, oblatio verò est rès, quæ Deo salva, &
incolumis offertur, & talis permanet, ut oleum,
pecunia, vinum, & similia, ut latè prosequi-
tur Suar. de sacrament. disput. 73. sectione 5. pressius
tomo primo de relig. lib. I. cap. numer. 2. Azor ubi
proxime.

3 Vtus autem oblationum antiquissimus est
in legi gratiæ, in qua in altari, vel in ecclesia
tempore missæ, panis, oleum, vinum, mel, cera,
& alia hujusmodi offerri consueverè, ut constat
ex Cant. sexta synodi, & in Can. 28. Trullano decla-
ratur, quæ ratione possint fructus aliqui offer-
ri, ut v.g. uva non ut distribuatur cum Eucha-
ristia, sed ut benedicantur, at Can. 57. dicitur
nō oportere offerre ad altare lac, & mel, quod
Suar. tomo primo de relig. lib. I. de divino cultu capit. 4.
num. 2. cautum putat, propter alias supersti-
tiones, quæ ex oblatione mellis, & lactis in-
troducerentur, & quanvis ibi Suar. nullam in-
diget, existimo, tamen causam fuisse ad ob-
viandam multorum hereticorum insaniam,
qui putabant materiam sanguinis in sacrificio
ecclesiastico esse lac, contra quos dissentiunt

est in Concilio Bracharense tertio celebrato
anno Domini 675. ut dixi in historia episcoporum
Portugalensium part. I. cap. 10. sed cum malum
ad hoc serperet, iterum ablatum est à sacris ob-
lationibus lac, à patribus, qui Canones Trul-
lanos edidere, triginta plus ve annis post cele-
brationem tertij Bracharense. De iisdem ob-
lationibus agitur etiam in Trullanis canon. 69. &
& Concilio Matisconensi 2. cap. 4.

4 Quæres primò, unde hæc offerendi inter-
missarum solemnia, panem, & vinum consue-
tudo dimanaverit? Respondeo id introductū
primò in ordinem ad ipsum sacrificium, eunus
materia panis, & vinū est, ut christianis pos-
sit distribui, vide Cyprianum in lib. de operibus, &
eleemosin. circa medium, Augustin. sermone 115. Con-
cil. Laodicen. canon. 49. Henr. lib. 9. de missa capit.
38. num. 1. & in Comment. litera C. Introductū
secundò propter panem benedictum, qui in-
ter fideles diuidebatur, postquam internisit in
ecclesia usus quotidie communicandi in sacri-
ficio missæ, ut colligitur ex eodem Concilio La-
odicensi. canon. 14. de quo usū panis, vide quæ
scripsit Guilhelm. Durand. lib. 4. rationa. offic. cap.
53. n. 2. Pamellius in Cyprian lib. de operibus, & eleemo-
sin. sub num. 5. Stephanus Durantes lib. 2. de ritibus,
cap. 58. Suar. lib. I. cap. 4. tomo primo de relig.

5 Quæres secundò, an singuli parochiani Do-
minicis, & diebus festi vis, debeant aliquid de-
ferre, quod in ecclesia inter missarum sole-
nia offerant? Respondeo hæc quæstionem esse
propriam cap. omnis christianus de consecrat. distin.
I. & cap. statuimus 16. q. 1. ubi ex professo de ea
agamus. Interim certum est, nullibi extare
præceptum faciendi tales oblationes, ut est cō-
muni sententia Canonistarum, & Theologo-
rum, ut latè probat Gabriel. super Canon. missa lett.
6. & S. Anthoni part. 3. tit. 12. cap. II. Abb. & Anch. in Rubrica de parochijs, Angel., Sylvest. & alij verbo,
oblationes; Azor. part. I. lib. 7. cap. 7. questione 11. Les-
sius cap. 39. dubio. 6. num. 34. Suar. tomo primo de re-
lig. lib. I. cap. 5. ubi omnes querunt, an obla-
tiones ecclesiæ ex præcepto debeantur? Respon-
dentque negativè contra Glossam in cap. statui-
mus, & c. omnes christiani Hoffien. in Rubrica de paro-
ch. & in summa tit. de paroch. Lappum allegat. 58.
num. 1. & 7. An verò aliquando hæc oblationes
cadere possint sub obligatione? dixi ad cap. præ-
ter hac distinctione 32. ibi me vide numer. 7. & se-
quentibus.

6 In textu, ibi, Dissidentium
fratrum. Probat textus, oblationes dissidentiū
recipiendas ab ecclesia non esse, neq;
dona eorum, qui pauperes opprimunt (rejicit
enim multoru dona in criminis extiricationē)
vide ad nostrum propositū Paulū Fusc. de visitat.

Prima pars Decreti.

788

lib. I. cap. 24. à num. 10. cum sequentibus, ubi plura adducit Berous in cap. quia in omnibus de usuris nūm. 18. Abb. in cap. ex transmissa de decimis, num. 4. & in cap. cum voluntate nūm. 7. de sententia excommunicationis, optimè Suar. de relig. tom. I. lib. I. de divino cultu cap. 6. à num. 4. D. Thom. 2. 2. question. 86. art. 3. Recte huiusmodi fratrum ablationes ab ecclesia reiciendæ sunt, cum eas Dominus rejiceat. Matth. 5. num. 25. Si ergo offeres munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habebat aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum, ubi Maldonatus acutè expendit dixisse Dominum. Habet aliquid adversum te, non tu adversus illum, ut non solum cum aliis læsimus, sed etiam cum ab illis læsi sumus, relicto sacrificio, priores cōciliationem queramus. Ceterum verior est expositio Chrysostom. hamil. 17. in Matth. Imperfeci, Augustini, & Hieronym. hīc in hēc verba. Fratrem habere aliquid adversum nos, esse habere iustam conitā nos querelam, quod à nobis injuriam aliquam acceperit: quo sensu Ioann. Apocal. I. 24. loquit se. Habeo adversum te paucia &c. Iubet ergo Dominus iniurie prius satisfacere, deinde offerri sacrificium, & Deum placato prius fratre, placari Nam cū te Deus (inquit Augustin. sermone 16. de verbis Domini) querat magis quam munus tuum, offeres munus tuum, & tamen non est munus Dei, plus querit Christus quem redemit sanguine suo, quam quod tu invenisti in horre tuo, &c.

7 Non solum oblationes dissidentium rejiciuntur ab ecclesia, & eorum sacrificia, sed etiam nihil eis prosunt quoad vitam æternam facit illud. D. Pauli, ad Corintheos I. capit. 13. ibi. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, & illud Matth. proximè citato loco. Adduci potest quod eleganter scripsit Beatus Gregorius in pastorali ibi. Discordes etiam si boni operis fructus in suis actionibus preferunt, prefatio nulli sunt, quia non ex unitate charitatis oriuntur, & idem dicte. Noverunt discedentes, quia tandem nulli boni operis sacrificium Deo immollant, quam diu à proximorum charitate discordant.

8 In textu, ibi, *Neque in sacra-*
rio, neque in gazophilacio. Certū est laicos nū-
quam immediatē per se, sed per diaconum ob-
lationes suas offerre altari, nam inter officia
diaconi, unū erat oblationes inferre, & dispo-
nere in altari, ut habetur, in cap. perfectis dist. 25.
& dictū est à me cap. subdiacons n. 3. dist. 23. In-
ferebant tamen laici munera sua in sacra-
rium, vel gazophilacium, quod tamen hīc
dissidentibus fratribus prohibetur, ut benē
notat Suar. tomo primo de relig. lib. I. capit. 6. nu-
mer. 10.

Sed quæres quid sit Gazophilacium? Respondeo esse omnia ea loca, ubi in ecclesijs oblationes fidelium reponuntur, & custodiuntur, item ubi pretiosa quæque ipsius ecclesiæ affe-
vantur, sive ea pecuniae sint, aurum, argentum,
vesles, &c. sive usu consumptibilia, ut fru-
mentum, vinum, oleum, &c. satis celebris
est huius vocis mentio in sacrī litteris, tum
veteri, tum novo testamento. Veteri 4. Regum
12. num. 9. lib. 2. Esdræ. cap. 3. numer. 30. & cap.
10. numer. 37. & 38. & cap. 12. num. 43. & capit. 13.
num. 4. 5. & 9. & lib. 3. Esdræ cap. 8. num. 29. 46. &
47. apud Ezechielēm capit. 40. num. 38. 44. 45. &
46. cap. 41. num. 10. cap. 41. à num. 1. usque ad 13.
cap. 44. num. 19. cap. 45. numer. 5. capit. 46. numer. 19.
apud Hieremiam cap. 35. numer. 4. cap. 36. num. 10.
12. 20. & 21. Novo. Marcus cap. 12. numer. 41. &
43. Lucas. 21. numer. 1. Ioann. capit. 88. numer. 20.
optimè de gazophilacio Sebastianus Barradas
anno 1. concordia evangelica. lib. I. capit. 14. ad illum
locum Ioann. cap. 8. num. 20. Hæc verba. Loqu-
tus est Iesus in gazophilacio ubi etiam Toletus, &
Maldonatus; item eodem tomo tertio lib. 8. capit. 30.
statim in principio ad locum Marc. capit. 12. nu-
mer. 41. Alspiciebat quomodo turba iactaret
in gazophilacium, & ibi Maldonatus.

Dubitac tamen primò Suar. citatus dicto
tom. I. de relig. lib. I. cap. 6. numer. 10. an hic textus,
in quo cavetur ne dissidentium fratrum ob-
lationes recipiantur, & alij similes, de quibus
statim, intelligendus sit de oblationibus que
fiunt in ecclesia ad altare, an de omnibus, &
qualibuscumq; oblationibus ecclesiæ factis, ut
de donatione inter vivos, legato, aut testame-
to, aut quovis alio modo? Respondet textum
hunc, & cap. eos quos de consecratione distinctione
& cap. divino 12. questione 2. cap. qui in omnibus de
usuris, cap. mīnor 16. questione 3. intelligendos es-
se cū Glossa in d. c. eos, quos, de oblationibus tan-
tum, quæ fiunt ad altare, & allegat pro se Hugo.
& Turrecrem. d. cap. divino 12. questione 2.

Dubitac 2. An hæc prohibitio sit pro obla-
tionibus spontaneis tantum, de quibus Amos
cap. 4. numer. 5. ibi. Vocate oblationes voluntarias, &
Numer. cap. 29. num. 39. & Deuteronom. 16. nu. 10. An
etiam pro necessarijs, & quæ ex aliquo titulo
debentur? Responde, de omnibus intelligi nec
eas accipiendas esse in ecclesia, inter missarum
solemnia, ut tales, peccatores confundantur,
licet alioquin oblationes debitæ ad suspen-
sionem exigi possint, & compelli parochiani
ut eas tradant extra ecclesiam; quia modus, &
locus ubi offeruntur, est valde accidentarius,
& probat ex cap. quanto de usuris. Addit vero
præmium oblationem, quæ ex consuetudine de-
bentur, sed non ad suspensionem, accipi pos-
se ab his peccatoribus extra ecclesiam, sed
non exigi. Lege eundem Suar. numer. 12. Est
hæc doctrina Suar. contra Glossam, & Archidia-
conum,